F. F. 1.

# MEMORIA SAECVLARIS
DIEI QVO
ANTE HOS TRECENTOS ANNOS
# PRVSSIA
EXCVSSO TYRANNIDIS CRVCIFERORVM IVGO
IN LIBERTATEM SESE VINDICATVM IVIT
AC DEINDE SVB
SERENISSIMOR. AVGVSTISSIMORVMQVE
# POLONIAE REGVM
IMPERIVM AC TVTELAM CONCESSIT
REGNANTE FELICITER
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
# AVGVSTO III
IVSSV ET AVCTORITATE
MAGNIFICI ATQVE AMPLISSIMI
CIVIT. THORVNENS. SENATVS
PVBLICA ORATIONE
D. VII. FEBR. A. MDCCLIIII.
IN GYMNASIO CELEBRATA
INTERPRETE

Neumann

M. IO. ALBINO KRIES
GYMN. THORVN. PROF. PVBL. ORD. SOCIET. LAT. IENENS. SOC. HONORAR.

THORVNI
IMPRIM. IO. CHRISTOPH. IVNGMANN, NOBIL. SENAT. ET GYMN. TYPOGR.

VIRIS

MAGNIFICIS NOBILISSIMIS

AMPLISSIMIS CONSVLTISSIMISQVE

REGIAE CIVITATIS THORVNENSIS

PRAECONSVLIBVS

VIRIS ITEM

NOBILISSIMIS AMPLISSIMIS

CONSVLTISSIMISQVE

EIVSDEM

CONSVLIBVS

DOMINIS PATRONIS

OMNI ANIMI DEMISSIONE

ATQVE OBSERVANTIA

COLENDIS

D. D.

VIRI MAGNIFICI
NOBILISSIMI AMPLISSIMI
CONSVLTISSIMIQVE
DOMINI AC PATRONI
OMNI ANIMI DEMISSIONE ATQVE OBSERVANTIA COLENDI!

Dum, iussu VESTRO, publicae luci expono hanc Orationem saecularem, non longe mihi petendae rationes sunt, cur VESTRIS NOMINIBVS SPLENDIDISSIMIS inscriptam eam emittam VOBISque tradam; quippe quae ad VOS proxime pertinet, in qua habenda publica quasi universae Civitatis, cuius VOS Proceres estis, persona mihi imposita fuit. Pro quo singulari honore, publice mihi habito, ubi melius, quam in ipsa huius Orationis fronte, debitas VOBIS gratias agere conveniat? Tum qui praetermittere possim optatissimam mihi, quae hoc ipso offertur, occasionem, non solum testandi, qua animi demissione, pietate ac reverentia, VOS colam ac venerer, VESTRAque in Civitatem maxima merita suspiciam, verum etiam gratum declarandi publice animum, plurimis nominibus dudum VOBIS obstrictum? Grata enim mente agnoscenda mihi sunt VESTRAE omnium ac singulorum benivolen-

lentiae documenta ſubinde mihi exhibita. Quot benivolentiae pignoribus et beneficiis VOBIS in primis obligatus teneor, PATRONI SVMMI, ad quos ſacrae evangelicae rei atque Gymnaſii noſtri cura ac tutela propius pertinet! quae dum his ipſis diebus recogito, quibus duodecimus mihi in hac urbe exactus annus eſt, ſuauiſſima mentem voluptate affici ſentio, et gratiſſimo erga VOS affectu impleri; dum illud quoque cogito, quidquid hic apud VOS felicitatis aut optatarum rerum mihi obtigit, id conſequens fuiſſe primi illius et ſummi beneficii VESTRI, cum permoti commendatione Celeberrimi Viri, IO. MATTHIAE GESNERI, quem ipſum quoque nunquam ſine grati animi ſignificatione nominare poſſum, liberalium artium Profeſſorem me huc evocaſtis. Iam per huius ipſius muneris rationem cum ad TE, MAGNIFICE GIERINGI, PROTOSCHOLARCHA GRAVISSIME, propius ac ſaepius accedendi occaſio fuerit, quanta ſemper in me fuerit TVA benignitas, quam innumeris comprobata documentis, maxima quidem cum laetitia recordor, at digne praedicare nec ego poſſum, nec TVA modeſtia, aeque cum reliquis virtutibus TVIS amabilis, patitur. Atque etiamſi priora illa ſilentio praetermittam, quantum in conſcribendis his, quae nunc in publicum prodeunt, a TE adiutus ſum! cuius beneficio aevi illius, cuius memoriam recoluimus, monumenta autographa perluſtrare, deſcribere, iisque ad ornandam commentationem uti mihi licuit, ut adeo ea, unde maxima commenda-

mendatio huic libello ſperari poteſt, TIBI unice debeantur; ne dicam, quam benigne alia ſubſidia praebueris, quamque ſtudioſe me, in hiſtoria PRVSSIAE hoſpitem adhuc, plurima docueris. Grati igitur pro iſtis omnibus VESTRIS, DOMINI AC PATRONI, omni animi demiſſi obſervantia colendi, in me meritis ac benivolentiae documentis animi teſtem hanc quaſi tabulam ſuſpendo, VOSque rogo, ut qualemcunque hunc tenuis ingenii foetum eadem, qua me ipſum huc usque ſuſcepiſtis ac foviſtis, benignitate accipiatis, quod ſi impetravero, maximum ego conatuum meorum fructum me conſecutum putabo. Quod ſupereſt DEVM precor, ut VOS ſalvos et incolumes omnique proſperitate beatos ſervet, ut diutiſſime CIVITAS THORVNENSIS VIRTVTIBVS VESTRIS gaudeat, ac VESTRIS conſiliis VESTRAque ope ad priſtinum florem reducatur. Ac denique ut VESTRAE benivolentiae ac patrocinio porro quoque me commendatum habeatis quam maxime poſſum rogo atque contendo

NOMINVM VESTRORVM
MAGNIFICORVM NOBILISSIMORVM
AMPLISSIMORVMQVE

cultor
omni fide devotus
IO. ALBINVS KRIES.

# SOLENNIA SAECVLARIA
## A CIVITATE
# THORVNENSI
## CELEBRABANTVR
## PRAECONSVLIBVS

CHRISTIANO KLOSMANN

H. T. S. R. MAIEST. BVRGGRAVIO

ANTONIO GIERING

H. T. CIVITATIS PRAESIDE

R. MINIST. I. A. C. DIRECTORE ET PROTOSCHOLARCHA

CASIMIRO LEONE DE SCHWERDTMANN

H. T. VICE-PRAESIDE

IVDICII TERRESTR. PALAT. CVLMENS. ASSESSORE

ALBERTO BORKOWSKI

IVDICII TERRESTR. PALAT. CVLMENS. ASSESSORE

# CONSVLIBVS

MICHAELE SCHROEGER
AERARII PRAEFECTO

STANISLAO DVTKIEWICZ

CAROLO GODOFR. AVGSTIN
IVDICE NOVAE CIVITATIS

IOHANNE GIERING
AERARII VICE-PRAEFECTO

MICHAELE NAŁĘCZ

THEODORO IACOBO RIESS

ABRAHAMO LETTAV

FRANC. IGNATIO CZARNECKI
IVDICE SVBVRBANO

GEORGIO DANIELE WACHSCHLAGER

ANDREA ZERNECKE
IVDICE VETERIS CIVITATIS

SIMONE MIELCARSKI

# SCABINIS
## VETERIS CIVITATIS

IACOBO HEPNER
SCABINOR. MAGISTRO
GEORGIO FRANCISCI
SCAB. VICE-MAGISTRO
GEORGIO PIOTROWICZ
IOH. GOTTLIEB PROFE
IOHANNE HERRET
CHRISTIANO NOSKE
IOSEPHO MARYANSKI
IO. BAPTISTA COCCHI
SIMONE IASTER
IO. SAMVELE ZERNECKE

## NOVAE CIVITATIS

MICHAELE SCHADE
SCABINOR. MAGISTRO
FRIDERICO KVLENKAMPF
SCAB. VICE-MAG.
DANIELE FISCHER
IACOBO STARCK
PAVLO SPRINGSGVT
ANDREA MOLTRECHT

)()()(


MICHAELE ROGGE
IO. ANDREA DOETKE
IAC. ANTONIO GIERING
CHRISTI. GOTTLIEB WARNATZ
IACOBO GIERING
MARTINO NOSKE

## SVBVRBIORVM

SAMVELE MOYSKI
SCAB. MAGISTRO
GREGORIO ZACHARIASZEWICZ
MICH. ADAMO WOYKE
BENEDICTO MOHAVPT
SCAB. VICE-MAGISTRO
IO. FRIDERICO FROBOES
IO. GOTTLOB SCHAEFER
IO. DANIELE ANDRES
NATHANAELE PRAETORIO
CAROLO IACOBO WACHSCHLAGER
H. T. TERTII ORDINIS PROLOCVTORE
IO. GOTTLIEB SCHVLTZ.

PRO-

# PROGRAMMA
QVO
# SOLENNIA SAECVLARIA
CELEBRANDA
INDICTA FVERVNT
NOMINE
## RECTORIS ET PROFESSORVM
GYMNASII THORVNENSIS.



Celebrandum iuſſu et auctoritate MAGNIFICI atque AMPLISSIMI CIVITATIS NOSTRAE SENATVS in Gymnaſio noſtro diem indicimus, qui, ante hos trecentos annos, tum huic civitati tum univerſae Pruſſiae felix illuxit, atque ad bene de ſumma omnium ſalute ſperandum ſignum quaſi quoddam ſuſtulit, cuius veſpera magnis auſis ac melioribus rebus facem quaſi praetulit, cum, excuſſo intolerabili tyrannidis Cruciferorum iugo, in libertatem ſeſe vindicatum ivit Pruſſia, atque univerſae provinciae fortiſſimi facinoris perficiendi magno animo exemplum praeivit Thorunium. Et, *ſi*, ut CICERO ait, *non minus nobis iucundi atque illuſtres ſunt ii dies, quibus conſervamur, quam illi, quibus naſcimur; quod ſalutis certa laetitia eſt, naſcendi incerta conditio:* profecto, ſi huius ſaeculi annum XXXI iucunde transmiſimus, qui quingenteſimum Vrbi noſtrae natalem attulit: non minore cum deſiderio ſalutandus erit, non minore cum gaudio tranſigendus, non minus votis proſequendus dies ille, qui conditam urbem amplificatamque ſervavit. Avertit enim ille dirum ab immani impotentium dominorum tyrannide imminens exitium, et impendentem, proculcatis iuribus, libertate ac privilegiis, ſervitutem miſeram propulſavit, gladiosque, qui principum inter cives cervicibus minabantur, repulit. Sicut igitur natalis laetiſſimi memoriam numo percuſſo Magnificus Magiſtratus ad poſteros conſecravit, eandemque privata pietate impulſus ornatiſſimus tum iuvenis, poſtea laudatiſſimus civitatis noſtrae Secretarius, SAM. FRID. IAENICHIVS, ſcripto *de fatalibus rerumpubl. periodis fatisque patriae* edito, proſecutus eſt: ita nec hic dies, qui novae quaſi vitae auſpicia fecit, nobis incelebratus abire debet. Neque etiam illum ſilentio transmiſerunt pii maiores, quippe, ut refert illuſtre quondam civitatis noſtrae praeſidium et immortale decus, Magnif. Praeconſul IAC. HENR. ZERNECKE *in Chronicis Thorunenſibus ad ann.* 1654, ex Strobandiano libro: *Sexta Februarii, tamquam dies ſecularis, quo anno* 1454, *ante hos CC annos, excuſſo intolerando Cruciferorum iugo, Sereniſſimo Regi Poloniae Caſimiro III. Boruſſia ſpontanea deditione ſeſe ſubiecit, ſolennis Thorunienſibus fuit.* Ac Nobiliſſima quoque Civitas Gedanenſis eodem anno quam ſtudioſe tantae rei memoriam recoluerit et ad poſteros commendarit, teſtatur tum quae typis exſcripta exſtat Oratio ſaecularis, a Cl. Viro et diſertiſſimo Oratore Io. PETR. TITIO in Gymnaſio civitatis iſtius celeberrimo habita (*plag.* 27. *fol.* quae cum raro obvia ſit, excerpta ex ea dederunt *Acta Boruſſica To. II. p.* 157. *ſqq.*) tum inſignis pondere ac pretio numus, quem ex auro argentoque tum cudi curavit, in cuius parte *adverſa* conſpicitur aquila Polonica in aëre, unguibus ſceptrum tenens, ſupra quam radiat nomen IEHOVA, infra aquila Pruſſica inſiſtens baſi, ad quam inferius poſitus eſt clypeus, in quo eſt crux, inſigne ſcilicet Ordinis Teutonici, cernitur e longinquo urbs Gedanum cum Viſtula flumine et tractu Pruſſiae Polonicae, quam deſignat ſuperpoſita vox PRVSSIA, circumſcripti leguntur hi verſus: *Teutonicos pepulit virtus Prutenica, pulchrum Numinis et Regis cura tuetur opus:* pars *averſa* exhibet inſignia Gedanenſia cum hac inſcriptione: GEDANI ANNOS ANTE DVCENTOS SVB AVGVSTIS D. CASIMIRI AVSPICIIS VNIVERSA PROPE CVM PRVSSIA AB INFANDA CRVCIGERORVM TYRANNIDE LIBERATAE TERTIVM LIBERTATIS SVAE SECVLVM REGNANTE IOANNE CASIMIRO FELICITER INCHOANTIS MEMORIA AN. CIↃIↃCLIV. Vid. *Act. Boruſſ. l. c. Preuſſiſche Sammlung To. III. p.* 109. *et in addendis pag.* 772. *ſq.* Nos igitur quoque, non auro quidem argentove ſignato, quod nec expectatur a Muſis, nec in illarum paupertatem cadit, ſed voce animorum interprete conſecrabimus ac celebrabimus ſingularis iſtius diei memoriam, et praedicabimus beneficia, quae divino munere ex illo die in univerſam Pruſſiam, tum in noſtram in primis civitatem redundarunt. Quae dum meditamur, atque res temporum iſtorum mentibus repetimus, non mediocri animos voluptate perfundi ſentimus, cum deprehendimus, *in maximis rebus tum geſtis inſignia et praecipua fuiſſe cariſſimae patriae noſtrae Civitatis*

*Tho-*

*Thorunensis merita.* Atque adeo ulterius dum regredimur, et ea tempora lustramus, quibus novam prorsus per Ordinem Teutonicum faciem Prussia accepit, illa prima memoranda venit. Prima auspiciis novorum dominorum terras hasce ingressorum condita fuit. Prima adeo in ea iacta sunt fundamenta religioni Christianae, sedem in his terris habiturae firmam ac stabilem. Etsi enim tentata fuerat iam ante, sub finem X et initium XI saeculi, per S. Adalbertum et S. Brunonem christianae religionis introductio, conatus tamen successu plane caruerant (Vid. V. Cl. *Andr. Schotti Prussia Christiana s. de introductione religionis christianae in Prussiam per martyres tentata. Gedan.* 1738, 4.) neque etiam tentata a principibus Polonis conversio multos diuve duraturos fructus produxerat. Si civilia spectemus, primam inveniemus Civitatem Thorunensem una cum Culmensi civitate obtinuisse ea, quae pluribus deinde urbibus ac denique universae regioni maximo fuerunt commodo. Celebre illud putamus privilegium, quod Culmense appellatur; quo cum fundamenta contineantur dignitatis omnis, omnium item iurium ac immunitatum, quibus gavisae sunt civitates pariter ac universa provincia, quaeque etiamnum illis competunt, quibusque munitae respuere postea potuerunt absolutam, quae a fratribus seu, ut tum appellari malebant, dominis crucigeris affectabatur, dominationem: operae pretium fuerit dispicere paululum, quae ratio fuerit obtinendi. Cum consideramus statum et conditionem Ordinis Teutonici eo tempore, quo in Prussiam invitatus intravit, Magistrum quidem Hermannum de Salza invenimus virtutum laude et fama longe lateque celeberrimum, ordinis autem ipsius potentiam et vires non adeo magnas. Scilicet, ut refert PETRVS DE DVSBVRG *Chron. Pruss. part. I. c.* 5. *Hermannus iste, dum post electionem videret tam tenerum statum ordinis, optavit in audientia fratrum aliquorum, se uno velle oculo carere, ut ordo suus tempore suo, quo praeesset, tantum sumeret incrementum, quod posset habere in armis paratos decem fratres milites, et non plures.* Etsi etiam magna satis illo magistro incrementa ordo cepit, adeo ut, eodem auctore l. c. *non longe post mortem eius computata fuerint de nobili sanguine regni Alemanniae duo millia fratrum:* tempore tamen ingressus in has terras nondum tanta erant, ut adeo tantum pauci numero (*Id. prolog. p.* 4.) huc mitti potuerint. Qui quamquam stipati erant comitatu quodam armato, nec ipsae hae copiae magnae erant (Vid. *Act. Boruss. T. I. p.* 385. *sqq.*) Atque etsi non nesciamus, sequentibus annis, sedecim expeditionibus, quas enumerat Celeberrimus quondam Vir, et illustre Gymnasii nostri ornamentum, HARTKNOCHIVS *ad Dusb. prol. pag.* 8. *not. a. et in Hist. Pruss. p.* 445. aliisque pluribus magnos interdum exercitus huc adductos esse, nobis tamen hic de initiis et primis annis sermo est. Parva igitur illa equitum Teuton. cum suo militari comitatu manus, Prussorum gentem potentem ferocissimam et bellicosissimam, quae vicina omnia terrore impleverat (*Dusb. P. III. c.* 3.), aggressura, sat multum sine dubio negotii habuit condendis ac muniendis castellis quibusdam, ubi haberent tuta ab impetu Prussorum receptacula, bellis etiam sic occupata fuit, ut non videatur ipsa statim de urbibus condendis et domibus pro civium usu exstruendis cogitare potuisse. Vnde credibile maxime fit, illos, qui, praeter conductos stipendio milites, tum pontificis Rom. exhortationibus impulsi, tum largis magnorum commodorum, libertatum, et immunitatum promissionibus, ab ipso Ordine factis, incitati, partim bellandi causa, partim lucrosae terrae incolendae consilio, magno numero cum omni domo ac familia ex variis Germaniae regionibus, tum nobiles sanguine, tum civilis conditionis homines, huc concesserunt, primo statim ab illorum ingressu anno, scilicet 1231 urbem Thorunensem (*Dusb. P. III. c.* 1.) et sequenti 1232 Culmensem (*ibid. c.* 8.) proxime iuxta castella, ab equitibus iam constructa, securitatis causa, condidisse, auspiciis quidem et ex voto Ordinis Teut. privata tamen ipsorum praecipue cura, consilio, sumtu, opera et labore. Sic Elbingensem deinde civitatem a Lubecensibus huc commigrantibus conditam esse constat. (vid. *Schütz f.* 19. *b.* 20. *a. Hartknoch ad Dusb. P. III. c.* 16, *Hist. Pruss. p.* 380.) Hollandiamque postea urbem condi-

 disse

disse narrantur Nobiles quidam, qui ex Belgio huc se contulerant, apud *Henneberg. pag.* 158. Praeterea etiam post ista, ut refert *Dusburg. P. III. c.* 27. *plura alia castra aedificaverunt nobiles et foeodatarii, qui de partibus Alemanniae cum omni domo et familia et cognatione venerunt in subsidium dictae terrae, quorum Deus nomina solus novit.* Illos igitur, qui ex Germania primi huc venerant, sponte ac libere, nec opus habuerant ut in peregrinam terram abirent, eo consilio ut ibi subirent servitutem, probabile maxime est, immo ex ipso facto constat, pactos sibi esse peculiaria iura, immunitates et libertates, (v. *Preuss. Samml. To. III. p.* 542. *sq.*) atque ipsos Ordinis Magistrum cum reliquis fratribus tanto faciliores fuisse in concedendo, ut hac liberalitate et indulgentia invitati allectique alii plures tanto lubentius sedis in his terris quaerendae et auxilii Ordini ferendi consilium caperent. (*Hartknoch. diss. XIX.* §. 18. *p.* 436.) Atque adeo Thorunii conditores, ut haberent, quo firmiter niteretur futura ipsorum conditio commoda, efflagitarunt, ut scripta ipsis daretur eorum, quae verbis promissa fuerant, confirmatio, ad posteros etiam perpetuo valitura. Obtinuerunt etiam, quippe datum ipsis est primum privilegium hic in ipsa urbe Thorun (unde quis dubitet apparere, ipsorum potissimum studio et flagitationibus esse effectum?) *anno incarnationis Dominicae*, ut habet subscriptio, *millesimo ducentesimo trigesimo tertio, quinto Calendas Januarii*, quod quidem Culmense appellatur ab ea civitate, cui simul dabatur, quamque metropolin esse volebat Ordo, cuius etiam tabulario illatum fuit; ubi cum in incendio urbis amissum esset, restauratum deinde fuit ab Eberhardo de Seyne, *datum in Culmine, anno incarnationis Dominicae Millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, Calendas Octobris*, quod autographum in Thorunensi tabulario etiamnum servatur. Prioris apographum, quamquam non satis certae fidei, dedit *Hartknochius in Hist. Pruss. p.* 665. *sq.* posterioris autographum ipse vidit ac descripsit *ad Dusb. P. III. c.* 58. *p.* 160. exhibuitque ipsum in calce dicti libri. *) Hic si grammaticari liceat, observamus, scriptorem primi

---

*) At non satis accurate; cuius rei culpam, ne videamur de laudibus diligentissimi et de historia patriae optime meriti viri detrahere, malumus amanuensi, quo usus est negligentiori, tribuere, quam ipsi; quamquam sunt quaedam, quae non possumus non, ipsius quoque diligentiam fugisse, pronuntiare. Nobis cum pariter atque Illi contigerit ipsum perlustrare autographum, immo etiam describere licuerit, dedimus operam tanto diligentius, ut quam accuratissime describeremus. Neque alienum ab hoc loco putamus, neque ingratum lectoribus futurum, proferri emendationes. Autographum ipsum elegantissime non tam scriptum quam pictum est, ita ut in literis dignoscendis nihil prorsus laborandum sit; plurimae tamen notae s. compendia vocum in singulis fere vocibus adhibita sunt, sed et haec facile intelligenda aliquantum attendenti aut exercitato. Exhibetur quoque hoc privilegium in libello, qui inscribitur *Iura Fundamentalia Terrarum Prussiae*, quique Gedani aliqoties et postremo ao. 1733, 4. prodiit, sed ibi quoque plerasque easdem aberrationes deprehendimus; in quibus nunc recensendis allegabimus paginas editionis Hartknochianae.

*Prussiae* nomen semper scriptum est *Pruscia*.

pag. 453. versu 7. *plurimis*) MS. *pluribus*. v. 17. *praedictum*) MS. *perditum*.

p. 454. v. 20. *Vissae*) quotiescunque huius fluminis nomen occurrit, semper scriptum est *Wizla*, ita etiam v. seq. lacus *Rensehe* nomen semper scriptum est *Rense*.

p. 455. v. 4. *in longitudine ac terminis*) nullo fere sensu: MS. *in longitudine a terminis*; indicatur nimirum agri Thorunensis terminus a quo.

v. 6. *circa Wissam*) et hoc perperam: MS. *citra Wizlam*.

v. 13. *observando*) MS. obseruato.

primi privilegii non satis exacte secutum esse temporis designandi rationem, quam tamen sequi voluit. Scilicet si designare voluit diem XXVIII Decembris anni CIↃCCXXXIII, idque veterum Romanorum more, scribendum fuerat, *quinto Calendas Januarii anni* CIↃCCXXXIIII. nam dies quintus, a Calendis Jan. anni CIↃCCXXXIIII retro numeratus, est dies XXVIII. Dec. anni CIↃCCXXXIII, poteratque aliquis suspicari, privilegium istud iam anno CIↃCCXXXII datum esse, atque ita videri potest accepisse Hartknochius *in Hist. Pruss. p.* 373. *a.* Sed nos quidem putamus, scriptorem prius posuisse annum uti tunc numerabatur, deinde subiecisse diem Romano more, non attendentem ad illas minutias scilicet antiquarias, atque ita etiam intellexit *Idem ad Dusb. l. c.* cum reliquis hist. Prussicae scriptoribus. Maioris momenti est, si quis quaerat, cur Culmensi civitati praecipua dignitas attributa sit, cum tamen Thorunium anno ante iam condita fuerit? Varias inter causas, quas fuisse coniicit *Hartkn. Hist. Pruss.* p. 373

B hanc

---

pag. 456. versu 14. *eisdem*) MS. *eidem*, scilicet ad vocem *parrochiam* refertur

p. 457. v. 18. *solummodo*) MS. *solum*.

p. 458. v. 15. 16. *et aliis duabus ad minus equitet*) Haesitavit Hartknochius in voce *duabus*, et Germanica versione inductus coniecit legendum esse *duobus*. Qui sensus loci sit, non obscurum est, nec male eum expressit Germanica versio, daß er = = zum mindesten mit zwey andern Reutern komme; sed de latinarum vocum ad leges grammaticas constructione potest primum intuentibus dubium subnasci. Hartknochius vero si ultimam vocem accuratius considerasset (per compendium scriptam, superposita nota, quae tamen centies in hoc diplomate occurrit) non certe in voce *duabus* haesitaturus erat. In autographo nimirum sic legitur: *et aliis duabus ad minus equitaturis*, quarum vocum postrema non pro verbo vel participio accipienda est, sed est nomen Substantivum, *equitatura, ae.* Quod ut certius cognoscatur clariusque intelligatur, non pigebit hic adscriptum legere locum, sat lucis allaturum, depromtum ex diplomate, quod Fridericus II, Rom. rex, anno 1214. Ordini Teutonico dedit, quod exhibetur a Raymundo Duellio *in hist. ordinis equitum Teuton. Viennae* 1727. *fol. in appendice pag.* 12. *num. XIII*, ubi haec leguntur: *Concessimus praedictae domui* - - *ut quicumque cum tempore fuerit magister* - - *quotiescunque ad curiam imperii accesserit, in familia Curiae imperialis sit ascriptus, et ipsi Magistro, cum socio uno, fratre domus suae*, et cum sex Equitaturis, *tanquam aliis Familiae, in omnibus necessariis abundanter provideatur. Item concedimus in aevum memoratae domui, ut ad procurandam et erogandam eleemosynam imperialem continue duos fratres habeat Curia Imperii eiusdem domus, qui vicissim venientes et recedentes alter eorum in Curia semper remaneat et pro utroque illorum fratrum* tres Equitaturas *cum omnibus aliis necessariis volumus haberi, et ipsis de Curia abundanter provideri. cet.* Sed tamen adhuc aliquid in vocum constructione desideratur, scilicet nullum adest verbum, quod ad particulam *ut* referri possit. At nimirum hoc tenendum est, verba proxime sequentia *qui vero pauciores mansos habuerit* non novae periodi initium facere, sed hic incipere alteram partem periodi, cuius initium repetendum a verbis *Statuimus siquidem;* adeoque in hac posteriore parte quaerendum est verbum, particulae *ut* respondens, quod est *debeat cum fratribus nostris in expeditionem* - - *pergere.* Nempe quod in MSto est *deb3*, (quamquam scimus notam hanc alias significare *debet*) legendum censemus *debeat.* Editio huius privilegii, quae prodiit ao. 1578, habet *equitaturus*, adeoque in una tantum litera aberravit.

hanc quoque refert: fuisse fortasse eo in loco iam apud veteres Prussos urbem eius nominis, quae a Crucigeris in aliam formam redacta et melius exaedificata fuerit. Confidentius hoc affirmat *Schützius f.* 18. *b*; Nullum dubium relinquit diploma donationis anno 1222 a Conrado, Masoviae duce, Christiano, Prussiae Episcopo, factae, quod ex Leibnitii codice iur. gent. diplomat. ubi primum prolatum fuit, exhibent Magnif. et Consultiss. LENGNICHIVS *in Biblioth. Polon. To. I. p.* 326 *sq. et Acta Boruss. To. I. p.* 62. *sq.* in quo diserte dicitur: *pro eo quod castrum Culmen per multos annos a Prutenis destructum et totaliter desolatum reaedificare permisit.* Atque in universum de urbibus oppidisque, quae a Crucigeris condita esse narrantur, vere nobis observasse videtur *Schützius fol.* 20. *b. med.* id non ita accipiendum esse, ac si omnia ista a Teutonicis illis fratribus recens condita sint, sed plurima, quae fuerant, ab illis amplificata, melius exornata et in aliam formam esse redacta. Neque hic silentio praeterire possumus, pervenisse in manus nostras benivole a fautore quodam communicatam observationem MStam docti cuiusdam apud nos et post fata quoque desiderabilis admodum Viri, cui, legenti, quae habet Dlugossus *lib. VI. ad ann.* 1192. *pag.* 565. *A. edit. Lips.* 1711. *cum singulae copiae ad oppidum Thorun super Wislam situm convenissent, aciebus ordinatis in Prussiam - - processum est*, item ea, quae habet Sarnicius *Annal. Polon. l. VI. c.* 18. *p.* 1090. *fin. sq. Hoc tempore Torunia ab eis* (*cruciferis*) *excitatur olim Tarnovia dicta*, *et p.* 1092. *post illam cladem appulerunt huc et alii Cruciferi Mariani dicti, duce Hermanno de Salicen, quibus Culma et Torunia cum amplissimis territoriis attribuuntur*, Coll. *Lubienski in operibus posthumis pag.* 336, cum observasset praeterea in Diplomate Donationis Conradi, paulo ante citato, inter castra territorii Culmensis referri aliquod nomine *Turne*, subnata fuit suspicio, fuisse iam Thorunium aliquod, ante Thorunium a Cruciferis conditum. At nos quidem ex his nihil definire aut pronunciare audemus, sequentesque auctoritatem Petri Dusburgensis, et vetustissimi et fide dignissimi scriptoris, (quippe qui librum suum scripsit a. 1326. adeoque homines consulere potuit, qui vel ipsi vivendo illa tempora, de quibus loquimur, attigerant, vel e parentibus certe suis audire potuerant, qui fuisset Prussiae status, quaeve fuissent urbes, adde quod copiam archivi Ordinis habere et privatorum etiam schediasmata quaedam de rebus memo-

---

p. 460. v. 15. *Theodoricus*) MS. *Theodericus* sic et p. 461, v. 4.
v. 16. *Ludowicus*) MS. *Ludewicus* sic etiam deinde v. penult.
*in Quidzin*) MS. *in Quidin.*
v. 17. sq. *Burggrafius Megdebergensis, Ioannes.* v. 19. *Bernhardus*) MS. *burchgrauius Megdeburgensis, Iohannes* (atque ita semper quoties occurrit) *Bernardus.*
p. 461. v. 2. *Harthmundus - - Zubalo*) MS. *Hartmudus - - Qubalo.*
v. 7. *Wasmundus*) MS. *Wasmudus.*
v. 9. *de Neu*) MS. *de Nev* sed superposita adhuc est inter duas posteriores literas nota, quae alias significat *er*, vel interdum etiam solam literam *r*, ut adeo legendum sit sine dubio *Nerv.*
v. 10. *Lampertus*) MS. *Lambertus.*
*Lutdechus*) mirum, hoc nomen ita transformari potuisse, quod evidentissime in MSto est *Lutfridus.* editio anni 1578 habet *Iutfridus.*
v. 13. *Calendis Octobris etc.*) MS. *Calendas Octobris.* quamquam non satis accurate ad leges antiquae formulae.

Typographi culpa male expressa sunt quae sequuntur: p. 453, 10. *a Magistro*, leg. *a magistro nostro.* p. 454, 17. *vendere et*, leg. *vendere vel.* v. 26. *Ne hoc* leg. *Nec hoc.* p. 456, 9. *construet*, l. *construit.* 23. *indotatis*, l. *in dotatis.* p. 457, 10 *Friburgense*, MS. *Vribergense.* 21. *priorem*, l. *priorum.* 25. *teneatur*, l. *teneantur*, p. 459, 8. *et nunc pro his*, leg. *et tunc pro his.*

memorabilibus conſulere potuit, ut iudicat *Braunius in catalogo ſcriptor. Polon. et Pruſſ.*) nec Schützio aſſentimur aſſerenti *fol.* 18. *b med.* poſt Culmam Pruſſis a Cruciferis ademtam Thorunium demum conditum eſſe. Sed his obiter notatis redeundum eſt unde digreſſi ſumus. Obtinuerunt igitur civitatis Thorunenſis primi conditores et incolae in illo Culmenſi privilegio praeclara iura libertates et immunitates. Cum e Germania huc veniſſent, obtinuerunt ius e Germania petitum, Magdeburgicum ſcilicet; hinc etiam fuit ſine dubio quod Pruſſi indigenae, Poloni, Lithuani, Curoni civitatis iure et dignitatibus excluderentur, quod patet ex iis quae leguntur apud *Schützium fol.* 87. *b. fin. in der Landes Ordnung apud Celeb. Hanovium in Preuſſ. Samml. T. II. p.* 103. *in der Landes Willkühr artic.* 55. *in Zerneckii Chron. ad ann.* 1420. de Weſtphalis an recipiendi ſint dubitatum fuiſſe, colligi poteſt ex iis, quae dicuntur in laudatis modo *Chronicis Zerneckianis ann.* 1389, quamquam primis ſtatim ab urbe condita temporibus inter nobiliſſimas hic gentes fuiſſe plurimas Weſtphalia oriundas, apparet ex iis, quae ibidem narrantur ad ann. 1310. Sed noſtrum hic non eſt recenſere et exponere iura omnia, quae tum obtenta fuere, ſufficit nobis notaſſe, omnia iſta commoda poſtea etiam reliquis urbibus ac toti denique provinciae conceſſa eſſe et ſalutare reliquis fuiſſe Thorunenſis civitatis exemplum. Vnum hoc adiicimus, ſimili ratione Lubecenſes, Elbingae conditores, utpote qui cum Bremenſibus primi Ordinis fuerant fundatores (*Dusb. P. I. c.* 2. *p.* 22.) adeoque gratia apud ipſum plurimum valebant, impetraſſe ut ius Lubecenſe, quod paulo ante per Fridericum II. Imp. fuerat Lubecenſibus confirmatum, ipſis concederetur. *Hartkn. diſſ. XVII. ad calcem Dusb. p.* 341. *§* 7. *Preuſſ. Samml. To. II. p.* 30. *ſqq.*

Iam quae bene parta fuerant, ea etiam diligenter tueri ſtuduerunt maiores noſtri. Efflorеſcebat Thorunium in dies, laetaque incrementa capiebat, gratiaque magis magisque et in Pruſſia et apud vicinos reges principesque pollebat. Hinc factum, ut Samborius, Pomeraniae princeps, anno 1252 ipſi daret privilegium, quo a vectigalibus in iſta regione perſolvendis immunis declarabatur. Sequenti ſaeculo anno 1345 Caſimirus II. Rex Polon. mercatoribus in primis Thorunenſibus privilegium dedit, quo libera negotiatio cum merciмoniis in ditiones regni Poloniae iis conceſſa eſt. Poſtea a. 1365. Winricus de Kniprode, magiſter ordinis gen. hoc ei tribuit, ut depoſitorium mercium Polonicarum hic eſſe ſtatueret. Porro a. 1373 Ludovicus Polon. et Hungariae rex Thorunenſibus dato privilegio libera per ſua regna commercia eſſe iuſſit. Tum etiam a. 1403 Conradus Iungingius Mag. gen. ius depoſitorii mercium extranearum conceſſit (*vid. Chron. Zerneck. dictis annis*) quae omnia ut ad ipſius civitatis florem augendum plurimum conferebant, ita etiam vicinis Pruſſiae nobilibus pariter ac urbibus commoda et fructuoſa fuiſſe, nemo erit qui dubitet. Sed creſcentibus Ordinis Teutonici in Pruſſia opibus, creſcebat etiam inſolentia et multa privilegiis Pruſſicis derogare Cruciferi fratres audebant, adeo in dies ulterius progredientes, ut Michael Kuchmeiſter de Sternberg, Mag. Ord. gen. ſummas illorum iniurias cernens, a. 1414, coercendae impotentis lubidinis cauſa, conſtitueret, ut Magiſter in gravioris momenti rebus Conſiliarios ſibi adiungeret quatuor fratres Ordinis, decem ex Nobilibus, item ex Culmenſi, Thorunenſi, Elbingenſi, Regiomontana et Dantiſcana civitatibus binos conſiliarios, ſine quibus nihil in iuribus maieſtatis exercendis ſuſciperet (*Schütz f.* 108. *b.*) Quod cum deinde a. 1430, Paullo Bellizero de Rusdorf Magiſtri gen. dignitatem gerente, in Elbingenſi conventu ita denuo inſtitutum eſſet, ut Conſilium Pruſſicum conſtituerent Magiſter generalis, ſex Praeceptores, ſex Praelati, ſex Provinciales, ſex e Civitatibus: datam ſibi auctoritatem et ius Civitas Thorunenſis cum reliquis tanto impenſius adhibuit ad tuenda ſua pariter et univerſae provinciae iura et privilegia, ita, ut et utiles ſaluti publicae leges conſtitui curaret a. 1434 (*Id. f.* 123.) et factas ac repetitas ſaepius iniurias cum ordine graviter expoſtularet (*ibid. f.* 128. 133.) Quae cum non tollerentur aut levarentur, ſed potius, intercedentibus Ordinis cum ipſo Magiſtro

 ſuo,

ſuo, aequitatis et pacis quam vellent amantiore, diſſidiis, augerentur (*Id. f.* 135. *b. ſq.* 180. *b. ſq.*) tandem anno 1440 cum pluribus aliis civitatibus et magno nobilium numero Elbingae de foedere ineundo deliberavit, quod negotium deinde paullo poſt in urbe Mariaeinſulana ad finem perductum fuit. Operae pretium et lectoribus non iniucundum facturos nos ſperamus, cum quaedam hic dabimus, ad celeberrimum iſtud foedus pertinentia, ex ipſis actorum publicorum autographis, quae in tabulario Thorunenſi aſſervantur. Contigit enim nobis eſſe tam felicibus, ut perluſtrare iſta ac deſcribere potuerimus. In iſtis vero dum verſabamur, relatum eſt nobis, in Nobiliſſimae Civitatis Elbingenſis tabulario quoque ſervari pariter foederis literas et alia ad iſtud pertinentia documenta autographa; quod initio quidem vix credibile nobis videbatur, quod ſciebamus, veteri iure, Thorunenſi tabulario inferri ea, quae ad univerſae Pruſſiae res ſpectant. Sed cognovimus deinde ex literis Clariſſ. Doctiſſimique cuiusdam Viri, quem percontandi cauſa adieramus, verum omnino eſſe, cumque ipſi per manus Magnifici Civitatis Praeſidis tradita fuiſſent autographa, et indulgentiſſime conceſſa perluſtrandi facultas, ut tanto certiorem haberemus rei ſcientiam, quae diligentiſſime ipſe obſervaverat, pro ſingulari ſua humanitate et veteri erga nos amore, nobiſcum communicavit. Duo igitur certe, ſi non plura etiam, exempla literarum foederis tum ſcripta et diverſis in locis ſervata eſſe conſtat, ſecuritatis ſine dubio cauſa, ut, ſi quocunque caſu perderetur unum, ſupereſſet alterum, Elbingenſi tabulario illatum, quod ea in urbe primum verbis conceptum foedus eſſet. Sed nos damus hic primum literas equitum et militum ſ. nobilium agri Thorunenſis ac Birgelavienſis, quibus legatis ſuis, ad indictum in urbe Marienwerder conventum mittendis, plenam agendi, quae e rep. eſſent, dedere poteſtatem.

Vor allen vnd iglichen do deſir keginwortige Brieff vorkomet ſey kund vnd wiſſintlich das wir erbare Manne des Thorniſſchen vnd Birgelawiſchen Gebietis mit eyntracht gekoren vnd gebeten haben die woltuchtigen fier Perſonē als van dem Thorniſſchen Gebiete Johan van der Linden und Mathis van der Tauwer *) und van dem Birgelawiſchen Gebiete Otto von Heſelecht vnd Hans von Slommaw czu czien czum Elbinge czu eyner tagefart als Vff Reminiſcere nv nehſt geweſt iſt, do das gemeyne Land . . Rittere vnd Knechte vnd Stete czuſampne komen ſulden vnd geweſt ſein doſelbinſt als wir ſie koren vnd bothen do hyn czu czien do goben wir en volle und gantcze macht vor vnſir handfeſten vnd recht czu arbeiten kegen vnſirm Herren Homeiſter vnd ſeinen Gebietigern als wir auch wol vormols gethon haben vnd was ſie doſelbniſt obir eyntragen wurden vnd beſlieſſen mit den vorgenanten gemeynē Landen . . Rittern vnd knechte und Steten vnd vor das beſte mit en dirkentē (i. e. erkenneten) Darczu haben wir en auch gantcze volle macht gegeben Als ſie denne nv neheſt doſelbniſt czum Elbinge mit gantczir eintracht beide . . Rittere vnd Knechte und Stete eyne gantcze voreynunge vnde czuſampne bleibunge gemacht haben, alsdeñe der Houptbrieff dorober gemacht clerlichen awsweiſet, Welchen Houptbrieff wir die vorgenanten vier perſonen gebeten haben vor ſich vnd vor vns allen czuuorſegeln gleich als andir Rittere vnde Knechte vnd Stete thuen worden Vnd allis das derſelbige vorſegilte Houptbrieff van Landen vnd Steten obir deſe voreynunge vnd czuſampnebleibunge gemacht innehalden vnd awsweiſen wirt Globen wir vorgedachten erbare Mañe der vorgenanten gebiete ſtete vnd feſte czu halden vor vns vnd vnſir Nochkomelinge bey guten trauwen vnd eren ane alle argeliſt, Des czu eyner merer ſichirheit vnd bekentniſſe ſo haben wir deſe Nachgeſchrebene die ir Segel bey en gehat haben an deſen Brieff laſſen hengen als Herman Rewſob van dem Weldchin, Thomas van der Troñeney czum kommenig geſeſſen, Habundius Wynter van Kirchdorf, Lucas Watczelrode van Fredaw, Gircke van der Linden von Oſteſchaw, Gotcze Rubyt von der hogen Tauwer, vs dem Birgelawſchen Gebiete Thymo van Heymſode, Niclos van Biſchkaw Hans van Lanczen, Hans Jungehorn von Arnsdorff Wir adir die ir Ingeſegel nicht bey en gehat haben alſe

*) Huius vero nomen ipſis foederis literis non inſertum deprehenditur.

alſe aws dem Thorniſſchen Gebiete Hans Rewſob van Girlachsdorf Niclos van dem Berge von Caſemsdorf, Hans Höppe von Leypchen, Jocuſch von Fredaw, Lorencz Francke von Ademerkaw, aws dem Birgelawſchen Gebiete Ditterich van der Scloſaw Adam von Oſtermitczſch, Mertyn van Oſtermitſch Janche von Slom̃aw Herman Droſt von Weypitcz Albrecht Reber in vormundeſchaft von Franckenaw Mathis vom Cleyñe Franckenaw, Hans von Cleyñe Franckenaw, Hans Czeginhals van der Frobel globen mit ufgeracktn fingern an eydes ſtat bey guten trauwen vnd eren das vorberurte czw halden gleich ab das vnſir iglichir ſelbir vorſegilt hette, Geſchen vnd geſchreben ſint deſe ding czw Thorun am nehſten Donnerſtage noch Letare in der faſten nach Gotis gebort fierczenhundirt dornach in dem fierczigiſten Jaren.

appendent decem ſigilla

Iam dabimus ipſius foederis literas, ex autographo, eleganter admodum ſcripto, quam diligentiſſime fieri potuit deſcriptas, quas ubi cum apographo Elbinga transmiſſo contulimus, deprehendimus ambo exemplaria accurate per omnia fere convenire, in paucis, quae nullius momenti ſunt, diverſa eſſe. Hoc in primis obſervavimus, ſcriptorem Elbingenſis exemplaris pleraſque voces ſcripſiſſe ita uti pronuntiantur ſecundum dialectum Germaniae inferioris. Ipſas literas exhibuit iam *Schützius f.* 140, ſed, ut ipſe profitetur, ex Receſſuum quos vocant libris, apud quem cum deprehenderemus verba interdum quaedam omiſſa, quaedam paſſim inſerta, nomina autem inprimis non ſatis accurate ſcripta, tanto magis operae pretium duximus apographum exhibere, quod accurate autographo reſponderet. Ex Schützio deſumſiſſe videtur *Hartknochius in hiſt. Pruſſ. p.* 309. *ſq.* qui tamen nomina ſubſcriptorum omiſit, atque ex eodem forte fonte habent *Mullerus in Reichstags-Theatro Vorſtell. II. c. III. p.* 453. *Lunigius in ſpicileg. eccleſ. P. I. des Reichs-Archivs, vom Deutſchen Orden p.* 16. *Du Mont in Corps Diplomat. T. III. P. I. p.* 86 *Leo in hiſt. Pruſſ. p.* 250 Latine ſed non integrum dedit. Sed en ipſas literas:

Wiſſentlich ſey allen kegenwertigen vnd zukomftigen den deſe ſchrifte vorbracht werden das am Sontage Reminiſcere im fierczigſtem (Elb. xlſten) Jare Land vnd Stete czum Elbinge zuſampne geweſt ſint vnd doſelbinſt vmb merklicher notdorftiger ſache wille eyn eynunge vnd vorſchreibunge eyner bey dem andern in ſeynem rechte zubleiben angehaben vnd vorramet, vnd am Sontage Judica dornoch zu Marienwerder dieſelbe voreynunge mit Briefen vnd Segelen geendet vnd volfurt haben in ſulcher weize, als hiernoch folget In dem namen der heiligen vnd vnteilhaftigen Dryfaldikeit Amen. Wir . . Ritter Knechte vnd . . Stete der Lande gebiete vnd Stete dis Landis zu Prewſen undengeſchreben Bekeñn vnd czeugen offembar mit deſem kegenwertigen Briefe vor allen die en ſehen horen adir leſen, das wir vmb gemeynes nutczes vnd fromen willen Gote zu lobe Vnſerm gnedigen herren . . Homeiſter ſeynem Orden vnd Landen zu eren vnd vns allen zu vorderem beſteen vnd wolfaren mit guter betrachtunge wolbedochtem reifem Rate vnd mit eyntracht wiſſen vnd willen vnſerer allir gemeyne . . Ritter vnd (Elb. copulam omiſit) Knechte Burger vnd Ynwoner eyne frundliche ſtete feſte voreynunge vnd zuſampne bleibunge eyner bey des andern rechte vnd rechtfertiger ſache vnderenander angegangen vnd gemacht haben angeen vnd machen a) in craft dis Briefs vor vns vnſir gemeyne . . Ritter . . knechte . . Burgere vnd Ynwonere die nw vnd auch zukomftig ſint vnd vor alle die Jene die mitte in deſir voreynunge ſein wellen der genug thun vnd gebruchen vnd globen die in guten trauwen ſunder argeliſt vnuorſert zuhalden vnd dobey zubleiben in allen puncten vnd artikeln

C

a) LEO hiſt. Pruſſ. l. c. intertexit haec verba: *cum ſcitu et voluntate ac conſenſu R. Domini et F. Pauli Rusdorffii, Magiſtri in Pruſſia, Domini noſtri clementiſſimi;* quae etſi re ipſa vera ſunt, autographo tamen non inſerta ſunt.

keln alſe dy hernochfolgen in ſchriften, Czum erſten das ein iglichir von vns vndengeſchreben . . Rittern . . knechten vnd Steten die vnder vnſerm herren . . Homeiſter geſeſſen ſint, ſal vnſerm herren Homeiſter vnd ſeynem Orden thun allis das her Jm von ere vnd rechtes wegen pflichtig iſt zu thunde noch vſweiſunge vnſir allir Priuilegia freyheit vnd rechte vnd des gleichen das eyn iglicher von vns vndengeſchrebñ Rittern knechten vnd Steten vnder den Erwirdigen unſern herren . . Prelaten dis Landis geſeſſen ſal ſeynem herren thun allis das her Jm von ere vnd rechtis wegen pflichtig iſt zuthunde noch uſwiſunge eynes iglichen Priuilegia freiheit vnd rechte, vnd alſo wedir umb begern wir Ritter knechte vnd Stete vnd dunket vns mogelich vnd recht ſin das vnſir herre vns allen vnd eynen iglichen beſundern lazſe bey rechte freiheit vnd Briefen noch dem als wir vnd vnſir vorfarn domitte begabet vnd gefreiet ſin, die alden beſwerungen abethun vnder b) dorobir keyne andere in czukomenden czeithen vff vns lege, vnd ab vns ymand dorobir drangen adir mit gewald faren welde, das vnſir Herre eyn ſulchs nicht vorhenge, ſunder vns douor beſchirme vnd vns in vnſerm rechte beylege Vnd ab ymand von vns vndengeſchrebñ Landen vnd Steten allen adir eynem beſunder Rittern knechten Burgern vnd Jnwonern wedir recht Briefe adir freiheit gedranget adir ymand vorwaldiget adir ſein gut genomen wurde der ſal ſich ſulcher Gewald erclagen erſt an vnſerm herren wurde der cleger denne der gewald nicht obir haben des wir zu vnſerm herren nicht getrauwen, ſo ſal derſelbe komen vff den gelegten Richtetag der des Jares umb vngerichte vnd gewald willen eyns ſal gehalden werden vnd ſich do erclagen wurde das gerichte auch nicht alſo beſtalt, das man erkente das dem rechte genug geſchege adir der Richtetag nicht mochte vortgang haben vnd dem cleger nicht mochte (Elb. hanc vocem omiſit) gerichtet werden, geſchege das der Ritterſchaft die ſal das von ſtundan der Eldiſten Ritterſchaft im Colmiſchen Lande vorkundigen vnd en die ſache eygentlich durch ſchrifte adir boten wiſſen lazſen ſo ſullen dieſelben Ritterſchaft mitſampt den Steten Colmen und Thorun macht haben die Ritterſchaft us den andern Gebieten mitſampt den andern Steten alle in deſir voreynunge begriffen vff gelegene ſtat vnd czeit zuuorbottñ, do auch eyn iglichir von vns vndengeſchrebñ Landen vnd Steten ſal pflichtig ſin hinczukomen vnd do die ſachin vorhoren, werden die ſachen denne rechtfertig erkant, ſo ſullen die Rittere knechte vnd Stete des clegers mechtig ſein zu eren vnd zu rechte zuerbieten vnd ſullen ſich mit irem beſten vormogen dorynne bearbeiten das her dobey gehalden werde Jn derſelben weize ab ymand von vns vndengeſchreben Steten Burgern vnd Jnwonern wedir recht freiheit vnd Briefe gedranget wurde die ſal das den Steten Colmen vnd Thorun vorkundigen vnd en die ſache alſe vorberurt iſt (Elb. ſteth) wiſſen lazſen ſo ſullen die Stete Colmen vnd Thorun mitſampt der Ritterſchaft des Colmiſſchen Landes macht haben die Ritterſchaft vs den andern Gebietñ mitſampt den andern Steten alle in deſir voreynunge begriffen uff gelegene Stat vnd czeit zuuorbotten vnd den ſachen nochzugeen in allir weyze alſe hienehſt zuuor von der Ritterſchaft ſteet vſgedruckt Jtem wedirfure auch ymand ſulche ſachen adir ſulche gewald das man erkente das man ſulches Richtetages nicht erbeiten mochte, do Got vorſey adir das man die Ritterſchaft vnd Stete yo wedir recht drangen adir ymande ſeyne gutere mit gewald vnderhalden welde, ſo ſullen wir getruwelich vnd veſte eyner bey dem andern in ſeynem rechte bleiben vnd die ſachen vns alle gleich annemen die czum ende helfen vſtragen vnd noch vnſerr macht eyner dem andern zum rechte beylegen hulfe vnd beyſtendikeit thun alſe das denne noch gelegenheit der ſache noth vnd behuff thun wirdt, vnd ab ymand von vns vndengeſchrebñ Landen vnd Steten Rittern knechten Burgern vnd Ynwonern hir enboben mit gewald obirfallen vnd an ſeynem Leibe geleidiget adir vnſcholdiglich zum tode gebracht wurde des wir doch nicht getrauwen das welle wir clagen vnſerm herren vnd begern das her ein

b) Cum vitioſe ſic per feſtinationem ſcriptum eſſet vnder pro vnd, ne tamen litura aut raſura deformis macula exiſteret, punctis ſupra et infra poſitis, poſtremas duas literas delendas eſſe, ſignificavit ſcriba.

ein ſulchs richte vnuorczogen mochte denne das nicht geſcheen ſo globen wir Manſchaft vnd Stete alle vndenberurt in guten trauwen vns dorynne alſo getrawlich vnd mit ſulchem ernſte zubeweizen das man erfinden ſal das vns allen ein ſulchs Leid iſt und wellen das an Im en ſynen vnd eren beylegen (Elb. accuratius: bylegern) an Leibe vnd an gute noch vnſerm hochſten vermogen nicht lazſen ungerochen Item das ein iglichir von vns vndengeſchreben Land und Steten ſal mit des andern beſte vmegeen in rechtfertigen ſachen, und ab eyner etwas vorneme adir zuwiſſen wurde das deſem Lande vns allen adir eynem beſundern mochte ſchedelich ſein in welchirleye weyze das were das ſal eyner dem andern vorkundigen getrewlich warnen und wiſſen lazſen, vnd ſulche Warnunge vnd vorkundigunge ſal bey eynem iglichen in Ratis weize bleiben Item was von den gemeynen Landen vnd Steten vff tageuerten mit eyntracht noch aldir gewonheit vorliebet und beſloſſen wirdt, das daſſelbe von vns vndegeſchrl. Landen vnd Steten alle alſo ſal gehalden werden In geczugniſſe und warhaftigem Bekentniſſe allir vorgeſchrebenen ſachen haben wir Hans vom czegenberge Bannirfurer des Colmiſſchen Landis. Cuncze vom Swenthen (Elb. Swente) Otto von Plenchow (Elb. Plemchaw) Augſtin von der Schefe (Elb. Schebe) Rittere Jon (Elb. Joen) vom Eychholcze Symon von Glaſew (Elb. Glazow) Johan von der Linde Gunther von Petirkaw Otto von Hezelecht Jorge von Zefeld Jocuſch von der tromney (Elb. Tromenye) Mathis von Gunthen Niclos Beyerßee Hans Rockus Hans Slommaw Sander machewitcz Hans Logendorff frederich von Polkaw (Elb. Pulkaw) Bartuſch von der Tewernitcz (Elb. Thwernitcz) Petir Strube Hans Moſſeck knechte von alle der Ritter vnd knechte wegen des ganczen Colmiſſchen Landis, Johan von Bayſen Hans Wſdow Landrichter Gunther von (Elb. inſerit der) Delaw c) Sander von Roſkaw (Elb. Rußkow) Niclos Machewitcz Otto ſtrube zum Ryne Petir von Doringſwalde Niclos von Doringſwalde Petraſch vom Gardin Mathis von der Lunaw Jorge von Grzibin Hans von der Slawke Ritter und knechte des Oſtirrodiſchen gebietis Niclos vom Buchwalde Bannirfurer Segnand (Elb. Segenant) von Wapels Landrichter Paul von Teſmansdorff Rittere Gabriel von Bayzen Raſch vom Lincken Wudiſch vom grunenfelde Element von Dines d) knechte des Criſtburgiſchen gebietes Ramſchel von Kritſen (Elb. Rampſell von Kryxen) Landrichter des Reſinburgiſchen Gebietis Stibor (Elb. Stybur) von Bayzen Niclos ſackeraw Niclos Sonnenberg vou der gemeynen Rittere und knechte wegen des Reſinborgiſchen geſtiftes Jorge ſcholman (Elb. ſcholeman) Landrichter Ticze von Mayewitcz Hans Pfilesdorff Mathis von Burghardſdorf (Elb. Borchartſdorff) des Elbingiſchen gebietes Gotſchalk vom Smolang Hans vom Thuwer (Elb. Thwre) Jon von der Jone (Elb. Jhene) Rittere, Paſko Swirkotſchin knecht des Dirſchoweſchin vnd Meweſchin gebietes von volkomener macht eyntracht geheiſe und beueles wegen alle der vnſern vnd vnſer gemeyne Ritter vnd knechte die vns vſgeſandt haben e) Vnd wir . . Burgermeiſter vnd . . Ratmane der Stete Colmen Thorun Elbing Brunſberg Konigſberg Danczike Knypaw Grudencz Straſberg Nuwemarckt f) Red-



c) Hic, neſcimus qua cauſa quave culpa, in utroque exemplari omiſſum eſt nomen nobilis vel militis *Jurge Spyraw*, cuius tamen ſigillum utrobique hoc loco (ſunt enim ſigilla omnia eo ordine diſpoſita, quo nomina ſubſcripta ſunt) appenſum eſt.

d) *Dines* an *Diues* legendum ſit, definire non poſſumus, literarum enim *u* et *n* in autographis eadem figura eſt, nec ſuprapoſito ſigno diſtinguuntur; apud Schützium ſcribitur *Diſes*.

e) Subſcripſerunt adeo ex terra Culmenſi XXI, ex Oſterrodenſi XIII, ex Chriſtburgenſi VII, ex Reſinburgenſi IV, ex Elbingenſi IV, e Dirſchavienſi et Mevenſi IV. conf. *Schütz p.* 138. *b.*

f) apud Schützium hic interpoſitum eſt nomen civitatis *Lebaw*, ſed in autographo nec nomen ſcriptum nec ſigillum appenſum deprehenditur. Adiunxit quidem civitas iſta ſe foederatis, ſed peculiaribus literis hoc fecit, infra ſuo loco memorandis.

din Nutwestat Thorun Nutwenstat Elbing g) Lebenicht Welaw Allenburg Heilige-beil Sinthen vnd Landisberg in (Elb. von) volkomener macht eyntracht geheise vnd beueles wegen unsir Scheppen Burgere Inwonere vnd gancze gemeyne vnsir Ste-te groste Sigele hiran lazsen hengen vnd zu vorder sicherheit vnd fester vorwarunge globen wir Rittere vnd Knechte alle vorberurt in volkomener macht alle der vnsern vor vns vor vnsir gancze gemeyne Rittere vnd knechte die uff dese czit vnd auch zu-komftig sint vnd vor alle die Jene die in desir eynunge sint besloßen vnd auch hir-nochmols begern hirin zukomen Vnd wir .. Burgermeister vnd Ratmanne der vor-gedochten Stete globen in vollir (Elb. volkomener) macht vor vns vnsir Scheppin Burgere Inwonere vnd gancze gemeyne die nw vnd auch zukomftig sint vnd vor alle die Jene die in desir voreynunge begriffen sint vnd hernochmols begern hir in zukomen alle stucke vnd artikele alse die hiezuuor vsgedruckt steen in gutem recht-fertigem glouben bey trauwen vnd (Elb. repetit voculam by) eren sunder alle arge-list stete feste vnd vnuorsert zuhalden dobey zubleiben vnd den noch gancz vnsir macht genug zuthunde in allen zukomenden czeithen | Gescheen vnd volendet sint dese Ding zu Marienwerder am nehstn Montage noch dem Sontage Judica in der Va-sten Im Jare vnsers Herren fierczenhundert (Elb. xiiijC) vnd fierczig Deo gracias (Elb. addit: Amen.)

Infra dispositi sunt quatuor ordines corrigiarum, ex quibus sigilla de-pendent septuaginta duo, capsulis cereis munita, duo priores ordines utrobique habent appensa sigilla LIII equitum et nobilium, duo po-steriores sigilla XIX civitatum, omnia eo ordine locata, quo nobilium pariter et civitatum nomina in ipso literarum contextu perscripta sunt, pleraque bene admodum adhuc conservata, pauca difficilius digno-scenda. Nobilium sigilla omnia impressa sunt cerae viridi, civitatum, quae maxima omnium sunt, pleraque pariter viridi, quaedam flavae; unius Gedanensis Civitatis sigillum utrobique cerae rubrae impressum est, unde apparet, eam civitatem cera rubra usam esse etiam ante pri-vilegium a Casimiro Rege Pol. anno 1457 ei datum, quod exhibet *Reinh. Curicke in der hist. Beschr. d. St. Dantzig p.* 156. Thorunensi civitati idem ius postea concessum est a rege Alexandro a. 1506. *(vid. Zerneckii Chron. ad ann.* 1238.) Sigillum Novae Civitatis Thoru-nensis, cum in coniunctione utriusque civitatis, a. 1454 facta, subla-tum sit, nostratium gratia, cura et beneficio Magnif. Praesidis delinea-tum et aeri insculptum hic exhibetur.




Accesserunt postea ad foederis societatem plures nobiles ac civitates datis peculiaribus literis (*conf. Schütz. f.* 138. *b.* 139. *b.*) quarum plerarumque bina exemplaria scripta fuerunt, eorumque alterum Thorunensi alterum Elbin-gensi

g) i. e. *Novae Civitatis Thorunensis* et *Novae Civitatis Elbingensis*, ne quis per commata apud Schützium interposita inducatur, ut ex duabus quatuor civitates faciat.

genſi tabulario fuit illatum, unde apparet, falſo *Leonem hiſt. Pruſſ. p.* 251. dicere, minores Civitates Pomerelliae primariis literis foederis ſua ſigilla appendiſſe. Nos hic recenſebimus omnes, quarum notitia ad nos pervenit, unde ſuppleri poteſt catalogus Schützianus f. 141. b. cumque ſint omnes fere ad praeſcriptam formulam compoſitae (quam exhibet *Schützius f.* 139. *b.*) dabimus ſingularum initium et finem, ponemusque temporis ordine quo ſcriptae fuerunt. Sed tamen ut hic ſtatim legi commodius poſteriores poſſint, non poenitebit primo loco legere integras literas, quas dederunt equites diſtrictuum Gedanenſis, Leoburgenſis et Puſcenſis.

I. Wir Rittere vnd knechte, der Dancziker, Lauwenburgſchn vnd Puwtzker Gebiete, Bekennen vnd czeugen offembar mit deſem vnſerm Brieffe, vor allen die en zehn adir horen leſen, das wir mit wolbedachtem mute, reyfem rate, vnd mit eyntrechtigen gutten willen, vnſir allir Rittere vnd knechte der vorgeſchrebenn Gebiete, globen vnd vorheißen ſulche eynunge vnd vorſchreibunge, alſe dy Strengn feſten Erbern vnd Erſamen Herrn Rittere, knechte, vnd Stete diſs Landes, uff dem Tage Judica nehſt vorgangen, tzu Mariemwerder vnderenander geeynet, beſloſſen, vorſchrebn vnd beſegelt habn In allen puncten vnd Artiklen, alſe dieſelbe vorſchreibunge Innehelt, vor vns, vnſer Gemeyne Rittere vnd knechte, die nw, vnd ouch zukomfftig ſint, ſtete, feſte, vnd vnuorſert In guttem rechtfertigem gloubn bey truwen vnd eren zuhalden, dobey zubleiben, der czugebrwchen, vnd noch gantcz vnſir macht gnug tzuthuende, ſunder allerley argeliſt In allen czukomenden czeiten, In geczugniſſe vnd warhaftigem bekentniſſe allir vorgeſz. (i e. vorgeſetzten) ſachen habn dy Erbern vnd Erſamen alſe Herr Hans van der Katze Ritter, Melchior van dem Burgfelde Landrichter Im Dancziker gebiete, Stybur Grelle von der Lebone Im Lauwenburgſchn vnd Stybur von der Slauchaw Im Puwtczker Gebiete, von vulkomener macht, eyntracht geheiſe vnd befeles wegn vnſer allir vnd vnſer gemeyne Rittere vnd Knechte der vorgeſz. gebiete Jre Jngeſegele laßen anhangen deſem Brieffe h) vnd tzuforderer ſicherheit vnd feſter vorwarunge glouben wir Rittere vnd Knechte vorberurt In vulkomener macht alle der vnſern vor vns, vor vnſer gancze gemeyne Rittere vnd Knechte dy uff diſſczeit vnd ouch zukumfftig ſint, vnd vor alle dy Jhene, dy In deſer eynunge ſint beſloſſen vnd ouch hirnochmals herJn begern zukomen, alle ſtucke vnd artikele, alſe dy Jm HoubtBrieffe vßgedrucket ſtehn, In guttem rechtfertigem glouben, bey truwn vnd bey eren, ſunder alle argeliſt ſtete feſte vnd vnuorſert zuhalden, dobey tzubleiben, vnd dehn noch gancz vnſer macht gnug tzuthuende In allen zukumfftigen czeiten. Geben zu Danczike Im Jare vnſers Herren vierczenhundert vnd ffierczig, Am nehſten Sonabende vor Philippi vnd Jacobi der heilign Apoſteln tage. appenſa ſunt ſigilla quatuor.

II. Wir Burgermeiſtere und Ratmanne der Stete Mewe, Aldenſtat Dantzike, Nuwenburg, Lauwenburg, Lebe, Heele und Puwtzke, bekeñen --- der gegeben iſt zu Dantzike im Jare unſers Herren vierzehnhundert und ffierzigſten, am Sontage Quaſimodogeniti. appendent ſigilla ſeptem. exhibentur hae literae *in Preuſſ. Samml.* To. III. p. 450

III. W. B. v. R. der Stat Stargardt bek. 2c. der gegeben iſt nach der geburth Criſti twſent virhundert vnd Jm virczigſten Jare am Donrſtage In den Oſter heiligen tagen. appendet ſigillum.

IV. Wir Burgermeiſter Rathmann vnd Burger dieſſer nochgeſetzten ſtete alſe Peter Kunke Burgermeiſter, Ambroſius Greber ſeyn compan, Andres Merher, Niclos Hutter burger von der gemeyne wegen der ſtat Holland, Merten Gotſchalk Burgermeiſter, Andres Numiket (Elb. Nimukt) ſeyn compan von der gemeyne wegen der ſtat tzu Morwnge, Caſpar Oppener Burgermeiſter, Peter Becker ſeyn Compan, Fabian Lindener rathman von der ſtat Libenſtat, Hans Schonemwr Burgermeiſter, Hans Köler, Niclos Hwpp Rathmann uon der gemeyne wegen



h) huc usque pertinet formula praeſcripta: quae ſequuntur, in his tantummodo literis addita ſunt: quam ob cauſam etiam voluimus integras exhibere.

der ſtat Tolkemit, Michel Kam Burgermeiſter vnd Ernſt Ochmann Burger von der gemeyne wegen der ſtat Molhwſſen. Bekennnen ꝛc. der geg. vnd geſr. iſt czum Elbinge In der iarczal vnſers Hern vierczhenhundert vnd vierczigh am ſontage Quaſimodogeniti. appendent ſigilla quinque.

V. W. B. v. R. der Stad Dirſſaw bek. - der gegeben iſt In der Yorczal vnſers heren ihu criſti Im virtczhunderſten vnd firtzigiſten Jare am ſuntage Quaſi modo geniti. appendet ſigillum.

VI. W. B. v. R. d. St. Marienwerder bek. - - der gegebn yſt an dem ſontage Jubilate In der Jarczal criſti tewſent fyrhundert vnd virczicſte jar. app. ſigillum.

VII. W. B. v. R. d. St. Lobaw ꝛc. - - am freitage neeſt vor Philippi vnd Jacobi der apoſteln. app. ſigillum.

VIII. W. B. v. R. d. St. Conicz ꝛc. - am Tage Philippi u. Jacobi der heyligen Appoſtelen. app. ſigillum.

IX. Wir Ritter, knechte vnd Stete des Biſchtumes tzum Brunſberge vnd der kirchen tzur Frauwenburg vndengeſchr. bekenen ꝛc. In getzugniß vnd worhaftig. bekentniß allir vorgeſchr. ſachen haben die Strenge Erbern vnd Erſamen herren Hans Wargel, Hans von Potritthen, Jocob von Bayſen Rittere, Hans von Rogetteln Lantrichter, Jocob vom Felde vnd Fabian von Wuſen knechte des vorberurten Biſchtumes vnd der kirchen von volkomener macht eyntracht geheiſſes vnd befeles wegn vnſir allen vnd vnſir gemeyne Rittere vnd knechte vorberurt, Vnd wir Burgermeiſtere vnd Rathmann deſir nochgeſ. ſtete Wormedith, Heilſberg, Reſil, Guthenſtadt, Warthenberg, Seeburg, Biſſchofsſtein, Allenſtein, Frauwenburg vnd Melſag von volkomener macht geheyſes und befeles wegn vnſir Scheppen Burger vnd gantcze gemeyne vnſir ſtete Segele hiran laſſen hengen. Geſchr. Czum Elbinge am tage der Hymelfart xpi Im viertzenhunderſten vnd viertzigſten Jare. appendent ſigilla ſedecim.

X. W. B. v. R. dieſſer nochg. ſtete Bartenſteyn, Schiffenburg, Raſtenburg vnd Fredeland bek. ꝛc. Geg. vnd geſ. zum Elbinge Im Jare vnſers Hern vierczhnhundt vnd vierczig am tage der Hymelfart vnſers Herrn. app. ſigilla quatuor.

XI. W. B. v. R. d. St. Marienburg ꝛc. Geg. vnd geſchr. czum Elbing Im Jar vnſers Hn vierczehnhundert vnd vierczig am tage der hymelfart vnſers Herrn. app. ſigillum.

XII. Wir Philips von Beyſeleden vnd Peter Tolkynen, knechte des Balgeſſchen gebiete bek. - - vor vns vnſer Erben die nw vnd ouch czukumfftig ſint - - am tage der hymelfart vnſers hern. app. duo ſigilla.

XIII. Wir Ritter vnd Knechte des gebietis zcum Tuchel vnd wir Burgermeiſter vnd Rathmann der ſtat czum Tuchel ꝛc. - vnd czu forderm Bekentniſſe vnd worhafftigem geczugniſſe aller vorgeſcr. ſachen haben die Erbarn vnd Erſamen alſe Rudiger Trebenicz vnd Hans Flyſſenſteyn - - vnd wir Burgermeiſter vnd Rathmann vorgenant - - gegl. tzum Elbinge Im Jare vnſers hern viertzenhundert vnd viertzig. am freitage nehſt noch der hymelfart vnſers hern. appendent tria ſigilla, duorum nobil. et civitatis.

XIV. W. B. v. R. der Stete als Cruczeburg vnd Dompnaw (in ſigillo eſt *Domminow*) bek. ꝛc. Am Montage noch des heylgen lichnams tage. app. duo ſigilla.

XV. W. B. v. R. d. St. Sthum ꝛc. am tage Johañis Baptiſte des heilgen thåufers. app. ſigillum.

XVI. Wir Hans Proyke Landrichter im Brandenburgſchen gebite, Jurge Surwille vnd Hans Labayn knechte desſelbe gebiete ꝛc. am tage Johañis et Pauli martirum. app. tria ſigilla.

XVII. W. B. v. R. d St. Gudauwen ꝛc. am Dynſtage nach Galli. app. ſigillum.

XVIII. Ich Matthis Kemerer, knecht des Stumeſchen gebiet ꝛc. vor mich meyne erbelinge vnd nochfarn - - der geg. iſt czum Elbinge In der Jarczal vnſers heren xiiijC vnd xliſt. am tage Priſce der heilgen Jungfrauwen. app. ſigillum.

XIX. Wir knechte des gebietes czu Wargen uff Sameland gelegen alz Hermañ Tzeteritz, Jocop von der Trynke vnde Olbrecht ffogell ꝛc. Im Jor vnſers heren vyrczen-

czenhundirt vnde Im eynundevierczigisten Jor Am Donerstage vor quasi modo geniti. app. sigilla tria.

XX. W. B. v. R. der Stadt Passenheym ꝛc. der geg. vnd geschrebn ist czum Elbinge Im Jare vnsers Herren vierczehnhundert eynvnddvierczig am Dinstage nehst uor Petri vnd Pauli der heilgen aposteln tage. app. sigillum.

XXI. Euch festen gestrengen Erbarn Herrn Hans von Baysen Ritter darczu dem Erbarn Rathe czu Thorun unsern libn Herrn Entpitn wir nochgeschrebn Burgermeyster vnd Rathmann der nochgeschrebn stete als Neydenburg Soldaw Ilgenburg Honsteyn vnsern fruntlichn grus mit erbitunge vnsers gantzem vormogn stete czuuor. Ersame liben herren, wir thun Euch wissen, das uns der Lantrichter Im Osterrodisschen Gebite In ewern bunth vfgenomen hat, so habn wir dem Lantrichter globet bey dem bunde czu bleyben vnd globen Euch das wir bey Euch vnd allen den dy der Lantrichter bey em vormols gehot hat bey Euch wollen sten alse frome gute Lute bey trawen vnd bey eren. Czu bekentnisse habn wir vnser vorgen. stete Neydenburg, Soldaw, Ilgenburg, Honsteyn igliche besundern er Ingesegl benoden uff deßn Briff lassen drucken der gegebn ist In der Jarezal vnsers herrn x tawsent virhndert Im vir vnd vierczisten Jar am Onrste vor Valentini infra impressa sunt sigilla quatuor.

XXII. Ich Otto Machwitcz Ritter ꝛc. Gescheen czu Thorun am tage Sente Mathei des heiligen Ewangelisten Im vyerczchenhundirtsten vnd dreyvnd fünffczigsten Jore vnsers herren ihesu cristi. appendet sigillum.

XXIII. W. B. v. R. der Stat Rezemburg ꝛc. Gegn zcu Thorun am Donrstage vor kathedra Petri Im xiiijC vnd liiij ten ior. appendet sigillum.

Harum literarum quae sub num. XI. positae sunt, in Elbingensi tantum tabulario servantur; quae sub numeris XIV. XVIII. XXI. XXII. XXIII. in Thorunensi tantum; reliquae omnes in utroque

Qui ista, quae dedimus, et primarias inprimis foederis literas legerit, cognoscet, quantum iuxta cum Culmensi civitate, quae totius terrae Capitalis erat, Thorunensis quoque civitas auctoritate valuerit, quantaque ipsi cum altera illa, cumque Nobilibus Culmensibus potestas ab universis foederatis data sit, curandi agendique omnia quae ad universorum salutem spectarent. Susceptum fuerat negotium istud non insciente, immo suadente Ordinis Magistro Paulo Rusdorfio, ipsoque diem Priscae ad conventum deliberandi causa Elbingae habendum praestituente *(Schütz f.* 136. *a.)* atque deinde in altero conventu Elbingensi, domin. *Reminiscere* habito, cum iam verbis conceptum foedus esset, antequam in urbe Marienwerder obsignaretur, missi sunt ad magistrum legati, qui quae acta fuissent exponerent, quibus amplissimis verbis gratias egit, factum laudavit, probavitque, probaruntque cum eo simul XXXVIIII commendatores, praeceptores et officiales *(Schütz f.* 139. *a.* 141. *b.)* i) quin etiam tribus delegatis in curiam Elbingensem ad congregatos missis publice universis gratias egit. *(Id f.* 181. *init.)* Ea vero res tam male reliquos habuit, ut ira adversus magistrum et furore in foederatos tanto magis exardescerent, quae tandem res eo adducebant magistrum, ut dignitate ac magistratu sese abdicaret, cuius actus scriptum exstat documentum in tabulario Thorunensi, quod cum nondum

 scia-

i) D. Gregor. Hesius, (ab anno 1584 Syndicus civitatis Thorunensis, postea cum anno 1590 in patriam urbem Mariaeburgum se contulisset, ibi per XXXXVIII annos praeconsul, doctrinae ac meritorum fama celeberrimus) in *Rerum in Prussia gestarum libris*, quos MStos reliquit, *lib. III. Status Prussiae obtinuerunt, ut Magister Ordinis cum Commendatoribus*, in quibus et Ludovicus Erlichshusius fuit, *sub XXXVIIII sigillis sibi caverent, ne id factum cuiquam ex foederatis deinceps vitio vertatur, sponsione sub fide et honore concepta; quod pro eodem habitum est, ac si foedus ipsum suo assensu Ordo roborasset.*

sciamus a quoquam in lucem esse productum, non ingratum fore speramus, illud vel obiter hic a nobis exhiberi. Conf. *Hartkn. Hist. Pruss. in addendis ad pag.* 312. *b.* Cum attendimus ad tempus in fine notatum, dubitare incipimus, utrum recte apud Schützium f. 145. a. aliosque Rusdorfius dicatur mortuus esse d. 29. Dec. 1440 Manifesto certo errore, scribae aut typographi culpa, apud *Hartkn. l. c. p.* 312. extr. positum est *drey Jahr nach der Entsetzung* pro *drey tage* conf. Henneberg p. 305. Sed ista quidem disputatio non est huius loci. En ipsa scripti verba.

Wir Brudere Niclos Postar des Ordens der Bruder des Hospitalis Sente Marie des Deutschen Hawses von Jrlm kompthur zcu Danczkg vnd yttzund Homeisters Stathalder, Gerlach Mertz Groskompthur, Conrad von Erlichßhawsen Obirster Marschalk, Heinrich vom Rabenstein Obirster Spitteler vnd zcu Elbing, Ewerhard von Wesentaw Obirster Trappier, vnd zcu Cristburg kompthur, Johan von Ronichingen Treßler Wilhelm vom Helffenstein zcu Thorun, Heinrich Rewse von Plauwen zeur Balga, Johann von Bennhawßen zcu Brandenburg, Johan von Schauwenburg zcu Rangnith, Johan von Steten zcu Osterrode, Brun von Hirßberg zeur Mewe, Johan von Glychen zcum Reden, Johan von Erlbach zcu Grudentz, Johan Rybenitz zeur Swetze, Kylian von Exdorff zcu Strasberg, ffredrich Troschwitz zcur Golaw, Honne von Stockheim zcu Slochaw, Leonard Parsperger zcum Tuchol, Wetzel von fladuchheim zeur Memel kompthure, Vlrich czenger Vischmeister zcu Puwczk, Helffrich von der Awe, Hentze von Richtenberg, kirchenvoith zcu Samland, Johan von Birck Hawßkompthur zcu Mariamburg, Hans tobenecker zeur Lyepe, ffredrich Nykritz zcu Brathean, Hartman von Windhawsen, zcu Roghawsen, Wilrich Breder zcu Dirsaw, Wilhelm von Weyße zcum Sthum, Claws von geilßdorff, zcum Letzke, Lodwig von Erlichßhawsen zcu Grebyn, Hans Grusing zcu Soldaw, voithe, Heydichen von Mellen zcu Rastenburg, Ditrich von Werdenaw zcu Bewrow, Simon Langschenckel zcu Papaw, Tham von Spanheim zcu Insterburg, Bernhard von Schonenburg zcu Girdauwen, Albrecht Rybenitz zcu Ortolffburg, pflegere, ffredrich von Moßbach Waldmeister zum Beenhoffe, Michel Tussenfelder Vischmeister zeur Scharffaw, vnd Lamprecht von Meerheim pfleger zcum Torechtenhoffe, Thun kunt vnd offenbar bekennen, mit dissen vnsirn schriften das der Erwirdige vnd geistliche herre, Bruder Pauwel von Rußdorff, vnsirs Ordens Homeister, ansehnde, vnd irkennende, synes leybes gebrechen, swachheit vnd krangheit vnd sust mancherley vnsirs Ordens gebrechen, den er, vmb sulcher synes Leybes swachheit, nicht wedirstehn nach enkegen komen moge, vnd vff das vnsir Orden deshalben, nicht zcu grossern vorterben gedyen bedurffe, hat er vns allen mit fleisse gebeten das wir en, des Homeister ampts obirsehn vnd dirlassen em das ampt zcu Rastenburg, mitsampt dem waldampt Lunenburg, Ryn, vnd Lyke, mit allen iren czinsern vnd zcubehorungen, zcu synem leben geben vnd vorschreiben wolden, So wir denne alle mitsampt dem Couent zcu Mariamburg, sulche des benumpten vnsirs Homeisters gebrechen, wolfart vnd gedyen vnsirs Ordens haben angesehn, haben wir en, mit willen vnd wissen, des egenañ Couents zcu Marienburg von dem egedochten Homeister ampte gelassen, vnd vorschreiben em jn Craft disses Briefs, das Ampt zcu Rastenburg mitsampt dem waldampte zcu Lunenburg, Ryn vnd Lyke, mit allen iren Czinsern vnd zcubehorungen als die von alders darczu gehoret haben zcu synem leben dabey zcubleyben vnd dauon nicht zcu entsetzen, vnd ab In denselben gebieten keynerley Leenguter an vnsirn Orden wurden vorsterben adir geuallen, die sullen von dem obenbenumpten vnsirm Homeister zcu Leene gehn vnd vorgeben werden, wir geloben auch dem vachbenumpten vnsirm Homeister ap en, die von Deutschen, vnd Lieflande Meistere, als von der Statut, vnd des anlasses, des verrameten tages ken Stetyn, vff Jacobi nestkomende, wegen, adir sust vmb eynigerley sachen ansprechen adir beteidingen welden, so wellen wir en darinne verandwortten, vnd versprechen, das em deshalben keyn vnwille

adir

adir wedirdrys geschen sulle, Wir geloben vnd sichern auch In Crafft dis-ses briefs bey guten truwen vnd eren, den vachbenumpten vnsirm Homeister, den Ersamen Herrn Walter Kirßkorb Voith der Neuwenmarke, vnd alle vnsirs Ordens Bruder vnd ouch sust allerley personen geistlich vnd werldlich, welchs Statums adir wirdigheit sie synt, die dem egemeldten vnsirm Homeister in sy-nen sachen vnd In dissen gelowften, beystendig vnd rathlich syn gewesen, das wir sie alle deshalben, an iren leichnamen, eren, wirdigheiten, ampten, gutern vnd gerichten, in keyner weys leeden adir betruben, nach leeden adir betrüben lassen, Sunder sie eren, fordern, frundlich halden vnd handeln wellen, als das gotlich ist, nach allem vnsirm vermogen vnd geloben dis vor vns vnd vnsir itzlicher eyner vor den andern, stete veste vnd creftig zcu halden, vnd ap yndert eyn teyl, adir ymands von vns widir disse vnsir vorschribunge, adir ytkeynen artikel welde set-tzen, so geloben wir alle das wir dasselbe teyl, adir den, der sich also dakegen wurde setzen darczu halden wellen, das er eyn sulchs abetreten vnd lassen sulle, darczu wir alle wollen vorbunden seyn, vnd wie wir das nicht wurden thun, so sullen wir an truwen vnd eren vormerkt werden, vnd wen der vachgemeldte vnsir Homeister von todes wegen abegeht, So wellen wir, das disser brieff, vmb ander Personen willen, glichwol in allen puncten vnd artikeln, in voller macht sulle bleiben vnd gehalden werden, Des zcu geczeugnisse vnd merer sicherheit, haben wir alle obengeschrebñ Gebietigere Ampthern vnd Bruder vnd itzlicher besunder vnsir ampte Ingesegil vnd der obegenañ Hawßkompthur zcu Marienburg, von des gantzen Couents wegen synes amts Ingesegil an dissen brieff lassen hengen Der gegebn ist in vnsirs Ordens Haubthawse Mariamburg am Montag nach Circumcisionis Dñi Im virtzenhundertsten vnd eynvndvirtzigsten Jare nach der gebort Xti vnsirs Herren ꝛc.

appendent sigilla novem et triginta.

Conrado de Erlichshausen ad Magistri gen. dignitatem evecto, id operam maxime dabant confoederati, ut sponderetur sibi a novo domino, velle ipsum conservare ac tueri omnium ac singulorum iura et privilegia, tum etiam ut foedus ab ipsis initum ab illo probaretur. Obtinuerunt a viro aequitatis et iustitiae per se amantissimo utrumque; promisit ille privilegiorum conservationem *(Schütz. f. 146. a.)* probavit foedus *(Id f. 163. a. init.)* quin literis sigillo munitis ab eo confirmatum esse narrat idem *f. 160. b. fin.* quamquam hoc ita narrat, ut non tamquam indubium affirmet. Scriptum certe eiusmodi documentum, quantum nos quidem comperimus, in tabulario non habetur, quod tamen, si quod aliud, studiosissime conservaturos fuisse foederatos, facile quisque iudicabit. Certius hoc est, quaesitam et obtentam esse foederis confirmationem ab imperatore Rom. Friderico III. eam maxime ob causam, quod putabant foederati, fore ut Ordo vereretur impugnare ea, quae confirmata essent ab imperatore, cuius imperio subiectum se ordo agnoscebat. *(Poln. Bibl. T. II. p. 275. not.)* Atque hoc Culmensis ac Thorunensis civitatum praecipue studiis et opera effectum esse, non possumus dare documentum evidentius ipsis decreti verbis: Und wan nu unser und des Reichs lieben Getrewen die Burgermeister Räte und gemeinde der Stete Culmen vnd Thoran in Preussen gelegen haben anbringen lassen - - das wir mit wolbedachtem Mute zeitigem Rate rechter Wissen vnd Volkomenheit Kunigleichs Gwalts, den obgenañten Steten Culmen vnd Thoran dise sundre Gnad getan, vnd In verwilliget, vergunet vnd erlaubt, auch vollen vnd gannzen Gwalt vnd Macht gegeben haben etc. Servatur etiamnum autographum in tabulario Thorunensi, unde descriptum exhibetur *in Preuss. Samml. To. II. p. 348. it. in Du Mont Corps Diplom. T. III. P. I. pag. 181.* Datum fuit, ut habent ipsa verba: am Montag nach vnserr lieben Frawn Tag purificationis nach Christi Gepurde Tausent vierhundert vnd im ainß vnd viertzigistem vnsers Reichs im ersten Jare. Vnde apparet Schützii errorem f. 165 circa anni numerum, recte emendatum esse a viris celeberr. *in Biblioth. Polon. To. II. p. 269. sqq. et in Preuss. Samml. To. I. p. 181. it. p. 751.*

Appensum est sigillum, quo ut Rex Rom. utebatur Fridericus, cerae rubrae (non flavae, ut l. c. p. 349. perhibetur) impressum, illaesum adhuc et egregie conservatum. Namque etsi postea a. 1453 decreto imp. cassa et irrita pronuntiabatur haec confirmatio, redditae tamen sunt ipsae literae, salvo etiam sigillo, quod detrahere voluerat unus ex consiliariis imp. ipso imperatore id vetante. (*Schütz. f.* 194. *b.*)

Effectum ita fuerat, ut per aliquot annos foedus ipsum non impugnaretur, donec ao. 1446 episcopus Heilsbergensis Franciscus Kuheschmalz cum clericis ab ipso concitatis, privatis publicisque sermonibus quovis modo foedus accusantes, foederatos ubique in invidiam et odium adducere laborabant, atque ipse quoque magister, importunis fratrum clamoribus impulsus, postulabat ut foedus tolleretur atque abrogaretur, speciosis etiam promissis foederatos alliciens. k) Etsi enim plures ex ipsis Ordinis fratribus foedus non improbabant, candideque profitebantur, si nihil iniusti ab Ordine in cives imperio eius parentes admitteretur, eo ipso foedus cessare, quod non nisi adversus iniurias et vim factum esset: plerique tamen, et illi inprimis, qui maiores dignitates gerebant et dominari pro lubitu cupiebant, quaevis machinabantur, ut foedus, quo lubidini suae frena iniici sentiebant, dissolveretur, atque etiam in arce Mevensi congregati hoc inter se paciscebantur, ut, quicumque ex ipsis ad Magistri fastigium perventurus esset, id ante omnia ageret, ut foedus aboleretur. Sed nihil poterat machinationibus istis effici, nec patiebantur foederati ab eo, quod

---

k) *Schütz. p.* 154. *a.* Quam dulce fistula cecinerit, docebimus ipsis Magistri verbis, ex charta tabularii Thorunensis, qua promissa illa continentur: Lyben ritter vnd knechte vnd liben getrauwen, Wir wellen mit Euch reden, vnd bitten Euch, das ir das yn gutte ofnemet Wenn Got weys, das wirsyn Euwerm besten thun. Als Euch allen wol wissentlich ist, das yn vnserm Orden etczliche Czwetracht bey vnsers vorvaren seliger gedechtenisse geczeyten entstanden was, habt yr, vndir Euch eyne vorschreybunge vnd voreynunge gethan, dorvme wir denn Euch nicht vordencken, wen Jr das vme fúr willen villeychte Euwers leybes gethan habt yn sulcher zweytracht Also is denn stunt yn vnserm Orden. Sunder nv hot Got der almechtige syne genade gegeben, das sulche Czweytracht Got sey geloubt, mit Euwer vnd veler anderer gutter lewthe Rath vnd hulffe, getilligit vnd abe ist, des wir Euch dancken, Als vnsern liben getrauwen. So vornemen wir, das man bynnen vnd bauwssen landes, böste rede dorof habe, vnd spreche, das wir mit Euch, vnd Jr mit vns, nicht eyns sint, vme sulcher vorschreybunge wille, dorvme lyben ritter vnd knechte, vnd lyben getrauwen, bitten wir Euch mit begerlichem fleyße, Jr wellet dy gedochte vorschreybunge vnd vorEynunge abethun. Wir wellen Euch wedirvme eyne Erbar billiche vorschreybunge thun, als man Euch dovan hy eyne abeschrift wirt lesen, do methe wir hoffen, das Jr bas vorsorget vnd vorwaret sollet seyn, wenn mit sulcher voreynunge vnd vorschreybunge, vnd bitten Euch das Jr das in gutte ofnemet vnd vns eyn gut Entwert dorof gebt, wenn wir hoffen vnd getrauwen, das dovon vele lybe vnd Eyntracht komen sulle.

Wir Bruder Kunrad von Erlishauwßen des Ordens der Brúder des Hospitalis sunthe marie des deuwtczen haußes von Jhlm Homeister thun kunt vnd offenbar 2c. (Sequitur formula, iisdem concepta verbis, uti postea ab successore Conradi, Ludovico Erlichshusio, proposita fuit, utque exhibet Schützius *f.* 167. *a.* usque ad illa verba versus quarti a fine, also lange das her noch rechte gerichtet werde; post quae deinde sistuntur ea, quae Ludovicus adiici curavit) disser Briefe haben wir Czwene eyns lauwths gegeben Eynen vnsern landen, vnd den andern vnsern stethyn.

Sulche brife sullen vorsegelen der here Homeister dy hern prelaten, dy obirsten gebitiger czu Deuwtczen landen vnd leyflanden vnd des innersten rates zu prewssen gebitiger.

quod recte susceperant, se dimoveri. Atque ut in iis, quae ante narravimus praecipuum studium et fervida diligentia civitatis Thorunensis fuerat, ita etiam nunc, cum ex ipso foedere consilia omnia ad Culmensem et Thorunensem civitatem referrentur, exemplo suo et consiliis reliquas civitates et foederatos animabat. Quae animorum constantia sequentibus annis eo splendidius enituit, quo vehementius oppugnabantur. Ludovicus de Erlichshausen a. 1450 magister gen. creatus, tum praeceptorum plerorumque impulsu, tum Iusti de Vemungen, provincialis per Germaniam magistri, omnia aequitatis et pacis consilia interturbantis, instinctu, gravissima quaeque minabatur. Ludovicus Sylvensis ep. a Pontifice Rom. Nicolao V missus (falso Henneberg. p. 310. anno 1442 ab Vrbano V missum esse perhibet) foedus damnabat et execrabatur, damnabantur ab ipso Pontifice Nicolao V, l) literae principum imperii Germ. adferebantur, quibus gravissime tamquam rebelles accusabantur, quin ipsius imperatoris literis terrebantur (*Schütz. f.* 166. *a.* 170. *a.*) m) Quibus terroribus eo etiam perducebantur duo Nobiles Segenant de Wapels et Zander de Baysen (*Id. f.* 178. *b.*) n) et tres civitates Mariaeburgensis,

 Coni.

l) Postea quoque excommunicati sunt Prussi a Calixto III, cuius bullam exhibet Raymundus Duellius *in hist. Ordinis equitum Teutonicor. parte II. num.* 55. *pag.* 28. huius argumenti: *Calistus Episcopus Servus Servorum DEI, ad perpetuam rei memoriam.* - - *Item excommunicamus et anathematizamus omnes et singulos Colligatos Prussiae, qui Magistrum et fratres ac Ordinem B. Mariae Theotonicorum bonis mobilibus et immobilibus quibuscunque ac Dominio dictae Prussiae, quod de iure b. Petri existit, spoliarunt et in praesentiarum spoliare vel impugnare non cessant. Quique dicta bona, mobilia vel immobilia, temere usurparunt, aut occupata detinent de praesenti: Omnes quoque et singulos alios, qui praedictis Colligatis, Spoliatoribus, Impugnatoribus, usurpatoribus et detentoribus quibuscunque auxilium, consilium, vel favorem publice vel occulte, directe vel indirecte, seu alio quovis quaesito colore praestant, cuiuscunque fuerint status etc. Datum Romae apud Petrum. A. Incarnationis Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, III. Kal. April. Pontificatus nostri anno tertio.* Has excommunicationes suspendit deinde anno sequenti Calixti successor, Pius II, cuius bulla sistitur *in Preuss. Samml. To. III. pag.* 174. ibi vero per errorem inter describendum falso positus est annus 1450. ac in fine post vocem *quinquagesimo* addendum est *nono*, quod patet ex adiecto anno Pontificatus; quippe a die 19. Augusti 1459 incepit annus secundus Pontificatus illius, quo anno data fuit ista bulla prid. Id. Novembr.

m) dabimus illarum exemplum in appendice num. I.

n) Imo plures, ut refert Greg. Hesius *in excerptis Recess. MSS.* pag. 119. his verbis: *Hoc tempore tres districtus Osterrodensis, Christburgensis et Elbingensis a foedere discesserunt: causam praetenderunt, contineri foedere, omnia communi consilio debere geri; confoederatos reliquos vero egisse conventus, se non vocatis; itaque quod sibi diffidere aut suspectos se habere reliqui visi sint, ideo se quoque in foedere amplius esse nolle: edoctos quoque esse per Legatum Pontificium, foedus factum esse contra Ecclesiam catholicam, eiusque libertates, atque adeo omnia iura spiritualia et secularia, mandatumque intercessisse sub poena excommunicationis de abolendo foedere: idem factum esse a Caesare et Electoribus, qui itidem suaserint, periculi et detrimenti vitandi causa foedus aboleri. Pontificem habere potestatem ligandi et solvendi: Caesaris quoque mandata et Electorum consilia sibi non contemnenda visa fuisse: ob diffidentiam quoque erga se habitam, et foedus in se violatum, se e foedere excedere, salutis suae tuendae gratia, omninoque id deserere, omnes nempe incolas terrarum praefatorum districtuum, tam praesentes quam absentes, neque in perpetuum se ad id redituros, vel consilio aut facto id adiuturos; responsurosque pro bonore suo coram summo Pon-*

Conicensis et Nova Civitas Thorunensis, ut a foedere recederent. Recte hoc narrat *Henneb. p.* 114. Schützius f. 163. b. erravit, cum quatuor urbes defecisse ait atque ex *Neustadt-Thorn* duas urbes fecit, qui error irrepsit etiam in *Biblioth. Polon. To. II. p.* 268. observatus iam a *Seylero in diss. de civitatibus maioribus in Prussia, Act. Boruss. To. II. p.* 438. Neopolis enim Thorunensis, ut illo tempore separatim suos magistratus iudicia et iura habebat, ita separatim etiam cum civitatibus minoribus, ad quas pertinebat, foederi subscripserat, nunc autem territa deficiebat, at postea initio anni 1454 cum veteri civitate sese coniunxit atque adeo ad foedus rediit. In decreto imp., cuius postea suo loco pluribus mentionem faciemus, tota terra Slochaviensis pariter defecisse dicitur cum suis oppidis, quae sunt, praeter Coniciam, Slochavia et Vridlandia. At reliquorum intrepida et inconcussa permanebat constantia; anno 1451 d. 2. Ian. in conventu Elbingensi foedus renovabant firmabantque, Magistro et Pontificis legato fortiter et graviter respondebant, quaeque crimini dabantur diligentissime amoliebantur, o) cumque etiam gravissimis ardentissimisque flagitationibus (*vid. Schütz. inprimis f.* 169. *b.*) nihil proficeretur, rem omnem tandem ad imperatoris, ut iudicis arbitrio partium sumti, tribunal deferebant. Iam ergo procul a patria causa agenda erat. Atque hic iterum promtum conspicitur Civitatis Thorunensis quiduis pro communi utilitate suscipiendi ac faciendi studium et parata opera. Quatuor inter legatos, qui ad imperatorem mittebantur, misit illa Praeconsulem suum Tilemannum de Wege, (*Id. f.* 171. *a*) quorum legatorum diligenti opera et studiis effectum est, ut omnium iurium et privilegiorum obtineretur confirmatio. Superest eius autographum in tabulario Civitatis nostrae; ex eo exhibetur in *Preuss. Samml. T. II. p.* 352. principium eius hoc est: Wir Fredrich von Gottes Gnaden Römischer Kayser = = = bekennen daß uns unser und des Reichs lieben Getreuen die Burgermeistere Rethe und Gemeinde der Stete Culmen und Thorun in Preussen gelegen durch Ir Erbar Botschaft diemuticlich angerufft und gepeten haben, daß wir In allen und yecliche Ir Gnadenbriefe, Privilegia und Handfeste Ir und Iren vordern von uns unsern Vorfaren und vordern Römischen Kaisern und Konigen gegeben und vorliehen auch Ir altes löblichs herkomen gnediclich geruhten zu bestetten zu verneuen und zu confirmiren etc. p) Eorundem legatorum opera obtinebantur deinde etiam ea, quae ad causam rite coram tribunali agendam pertinebant. Dabantur ab imperatore d. 21 Dec. 1452. literae citationis ad Magistrum Ordinis (exhibentur *in Preuss. Samml. To. II. p.* 683. alias serius datas habet Schütz. f. 174.) dabatur foederatis

---

*tifice, Caesare, Electoribusque, tam coniunctim quam divisim, iudiciumque subituros, si a quoquam minus honeste fecisse existimentur, poenamque subituros, si male fecisse dignoscantur, aut ut in eos talionis poena redundet, qui sibi inhonesti quid adscripserint. Facta haec per modum protestationis coram quinque Notariis, Stephano, Augustino, Michaele, Georgio, et Nicolao. Subscripserunt ex Osterrodensibus cum Alexandro Bayzano, alii sex: ex Christburgensibus cum Sigismundo Waplesio et Alexandro a Neymen Succamerario alii XXIII, ex Elbingensibus VII.*

o) Scilicet, irritatis per plurium annorum simultates et concertationes animis, utraque pars ab altera sibi metuebat, alteriusque cautio apud alteram suspiciones augebat. Ordo arces praesidiis muniebat, unde vim metuebant foederati, sibique prospecturi decernebant, ut ad conventum, Grudenti die Laurentii 1452 habendum, armati convenirent, quod vicissim Magistro occasionem praebebat querendi in literis, quas exhibebimus in append. num. II.

p) Pro duabus istis confirmationibus, foederis scilicet ac privilegiorum, solvenda erat summa 5400 florenorum, ut patet ex syngrapha, quam dederunt foederatorum legati anno 1453. die Stephani h. e. d. 26. Decembr. quae legi potest in *Preuss. Samml. To. III. p.* 242.

ratis facultas tributi instituendi ad sumtus necessarios colligendos, q) tum Syndici et procuratoris deligendi (legitur decretum *in Preuss. Samml. p.* 686.) Abbati Leslaviensi mandabatur ut autographa privilegiorum Prussis datorum describeret, cum periculosum videretur ipsa mitti (mandati literae habentur *ibid. To. III. p.* 172.) edicebatur ne quid lite pendente ab alterutra parte novi susciperetur (edictum invenitur *ibid. To. II. p.* 680.) utque tuto sine ullo periculi metu venire legati possent, dabantur salvi quas vocant conductus literae (vid. *ibid. To. II. p.* 494.) Iam cum exercendo iudicio dictus dies esset, deliguntur novi legati sex Viennam mittendi, (*Schütz. f.* 176. *a.*) r) praemittuntur Rampschel de Ludwigsdorf (alibi dicitur Rampschel de Krixen) et Praeconsul Thorunensis, supra laudatus, reliqui sequuntur, at in itinere insidiose intercipiuntur, spoliantur, literarumque documenta auferuntur, quod cuius impulsu factum esset, facile iudicari poterat. Neque hic silentio praeterire possumus illud, quod Kuheschmalzius episc. Heilsbergensis, qui inter ordinis legatos fuit, scriptis ad Miltitzium, legatorum interceptorem, literis, pecuniae summam obtulit rogavitque ut sibi legatos cum omni eorum commeatu traderet, cumque hoc non impetrasset, petiit ut literarum certe documenta sibi venderet. (*Schütz. f.* 182. *a.*) Vnde apparet, quid fiduciae in causae suae iustitia positum habuerint Ordo ipsiusque patroni, cum ad tales artes confugerent, calumniisque dispersis quosuis, ac regem etiam Poloniae, adversus foederatos sollicitarent. Liberatis denique ac Viennam progressis legatis quomodo causa in iudicio acta sit copiose enarrat Schützius p. 174 - 194. data etiam fuit actorum accurata descriptio ipsius imperatoris sigillo maximo firmata, quae etiamnum in Tabulario Thorun. asservatur; vid. *Preuss. Samml. To. II. p.* 464, ubi brevis eius summa exhibetur. Lis iudicabatur secundum Ordinis vota, et foedus ab eodem iudice, a quo ante probatum et confirmatum fuerat, damnabatur; quod qui evenerit, non mirabitur qui legerit quae narrat Schützius *p.* 194 *init.* lataque ab imp. sententia cur non pro iusta haberi potuerit, intelliget ex protestatione, qua legati foederatorum iudicio obnuntiarunt. Exhibetur *in Preuss. Samml. To. III. p.* 245. *conf. Poln. Biblioth. To. II. p.* 281.

Ceciderant adeo causa foederati in imperatoris iudicio, at non cadebant animis, quamvis extrema sibi viderent imminere ab insolentibus dudum et nunc magis insolescentibus vindictamque acerbissimam spirantibus dominis. Decretum imperatorium illi ita interpretabantur et extendebant, ut pronuntiarent, foederatos iuribus et privilegiis omnibus esse privandos, sexcenties mille florenorum mulctam ab iis persolvendam, et, quod atrocissimum, trecentos ex nobilibus et civitatibus deligendos, qui carnificis gladio subiicerentur. Quaeque etiam iam ante meditati sint saeve et crudeliter, testis est feralis illa tabula Mariaeburgi inventa, quam dedit Schützius f. 266. sq. Ad extrema igitur redactis, cum nihil spei reliquum videretur, *una salus victis* erat *nullam sperare salutem*, extremaque ipsi experiri cogebantur. s) Rebus diligentissime

 pensi-

q) hoc male habebat magistrum, adeoque tributum conferri vetabat. vid. append. num. III.

r) Mentio hic facienda est literarum, quibus legatis istis permissa fuit plena agendi pro rep. potestas. Datae fuerunt primum Thorunii d. 26. Mai. 1453; appensa sunt sigilla quinque, Iohannis de Czegenberge, Augustini de Scheve, Stiboris de Baysen, et Civitatum Culmensis ac Thorunensis. Sed prorogato deinde iudicii habendi tempore, datae fuerunt aliae Thorunii d. 9. Sept. quatuordecim sigillis munitae. Ambae servantur etiamnum in tabulario civitatis nostrae. Posteriores exhibentur *in Preuss. Samml.* To. II. p. 527. coll. p. 717. ubi etiam pag. 519. habentur literae a Magistro Ordinis suis legatis datae.

s) Quod cum Magister ordinis suspicaretur, atque etiam ex rumoribus ad ipsum perlatis sentiret, missis aliquoties ad Ioh. de Baysen literis se atque

penſitatis, id tandem conſilium capitur, ut iugum intolerabile excuterent, conſcribunturque literae, quibus Magiſtro eiusque Ordini iusiurandum, quo fidem et obſequium promiſerant olim, renuntiant. (exhibentur apud *Schützium* f. 195.) Datae ſunt hic Thorunii d. 4 Februar. a. 1454. nobiliumque nomine *Iohannis de Bayſen*, civitatum autem omnium nomine *Thorunenſis civitatis* ſigillo obſignatae, Magiſtroque d. 6. Febr. Mariaeburgi per iuratum civitatis miniſtrum redditae. t) Atque ita Thorunenſem civitatem in fortiſſimo conſilio capiundo et maximis rebus aggrediendis ut ducem praeclaram conſpicimus.

Verum

---

Ordinem quovis modo purgare et excuſare, adeoque morari foederatorum conſilia, anniſus eſt, ipſumque enixe rogavit, ut ſuam ad eam rem operam et officia conferret. Dabimus quatuor in appendice num. IV - VII.

t) LEO *hiſt. Pruſſ. lib. VI, init. p.* 268. Magiſtrum eas a nobili iuvene Pruſſo exheredato in albo bacillo accepiſſe, perhibet. Pridie eius diei, quo Thorunii datae ſunt, Magiſter duas epiſtolas ſcripſerat, alteram ad foederatos univerſos, alteram ad Iohannem de Bayſen, quas hic exhibemus ex autographis

Homeiſ———————ter
Deutſches Ordens

Lieben getruwen. Alſe ir denne ſehet, wie die gelowffte deſer vnſer Lande ſich y lenger ye ſelczener vnd wunderlicher anlaſſen, So haben wir dorumb vnſern oberſten Marſchalk, die czwene Gebittiger Dantzk vnd Grwdentcz van vns gefertiget, die alſe nu bis Donnerſtag neeſtkomende bey euch werden ſein zcu Thorun, vnd von ſulchen ſachen mit euch Handelunge zcu haben. Vnd wir hoffen Ir werdet euch dorInne alſo beweiſen das die ding zcu fuge vnd zcu eyme ſeligen vorhofften ende mogen komen. Alſe wir des ouch eyn ſunderlich getruwen zcu euch haben. Geben zcu Marienburg am Sontage nach purificationis Marie Im rc liiijten Jar.

Vnſern lieben vnd getruwen Rittern knechten vnd Burgermeiſtern rc. die da Itczund vorſamelt ſein zcu Thorun, ane ſewmen.

Homeiſ———————ter
Dewtſches Ordens

Lieber getruwer Alſe ir denne ſehet die gelowffte deßer vnſer lande, das ſich die ye lenger ye wunderlicher vnd ſelczener anlaſſen. So haben wir darumb vnſern obirſten Marſſchalk, den kompthur zu Dantczk vnd den kompthur zcu Grudentcz gefertiget, die werden alſe nu bis donnerſtag neeſtkomende ſeyn czu Thorun bey vnſern landen vnd ſteten, etczliche Handelunge mit en von vnſern vnd vnſers ordens vnd deßer geſcheffte wegen czu haben, die euch vnſers willens meynunge wol muntlich werden vnderrichten. Vnd dorvmb ſo bitten wir euch mit gantczer begerunge, das ir die ding vnd alle ſachen zcum beſten wellet helffen fugen, alſe wir des eyn ſunderlich getruwen czu euch haben. vff das alle ſachen czu eyme vorhofften ſeligen ende mogen komen, doran thut ir vns groſſen behegelichen willen. Geben czu Marienburg am Sontage nach vnſer frauwen tage lichtmeſſe Im rc liiijten Jare.

Vnſerm Lieben vnd getruwen Her Hannßen von Bayßen Rittere Itczunt zcu Thorun.

Iſti vero legati, cum Papoviam veniſſent, quae vix duo milliaria a Thorunio diſtat, ante quam Thorunium attigiſſent, a Thorunenſibus capti atque in urbem perducti ſunt, uti narrat Chronicon MSt. bibliothecae Gymnaſii noſtri, his verbis: Am nechſten Doñerſtage darnach (i. e. d. 7. Febr.) worden zu Papaw auf dem haus etliche Gebietiger gefangen, die ken Thorn wolden komen vmb zu theidigung in ſachen des Bundes Alſo der oberſte Marſchalck von Konigſpergk, kompthur von Dantzigk, kompthur von Graudentz, Pfleger vnd Kellermeiſter von Papaw, der Groſze Scheffer Ein weltlicher Graffe der von Groningen mit alle Irem Geſinde, vnd gefuhret ken Thorn.

Verum etiam paullo poſt in exſequendo et factis ipſis principem et anteſignanam fuiſſe deprehendimus, reliquisque exemplum praeiviſſe omni aevo memorabile ac celebrandum. Die Dorotheae, quae erat ſexta Februarii, cives Thorunenſes, ut Schützius ex Chronicis quibusdam refert *p.* 196. *b.* muliebri et virginali habitu induti, tela ſub veſtibus occulta gerentes, quaſi per ludum arcem ingreſſi, dominos ſecure gaudia agitantes adoriuntur, illisque captis arcem in ſuam poteſtatem redigunt et poſtero die deiiciunt; ſimiliter ut olim Pelopidas cum ſociis veſtitu agreſti, retia ferentes, cum canibus venaticis Thebas ingreſſi, illas a Lacedaemoniorum tyrannide liberarunt. Aliter rem geſtam narrant duo, quae in manibus habemus, Chronica MSta, quorum codicum alter eſt bibliothecae Gymnaſii noſtri, per vim ſcilicet arcem eſſe captam; quod ipſum nec improbabile eſt: dabimus ipſa verba: An demſelben Donnerſtage (d. 7 Febr.) des morgens ward das Hauß an Thorn von den Land vnd Steten zu ergeben gefurdert, vnd nach Mittage geſtormet auß beiden Stetten vnd auch vor der Neuſtat von der Freyheit, den halben tag, bis in die mitternacht, die vom Hauße ſchoſſen auf die Stete, beſunder ſie theten keinen ſchaden. In der Nacht branten ſie di Vorburgk ſelber aus, vnd vmb mitnacht ſanten ſie einen Brief herab, an Landt vnd Stete, vnd begerten ſich abzudingen, Alſo das man di Herren mit allen denen ſo auf dem Hauße waren herabließ, Sie muſten geloben, auf kein Hauß im Lande ſich zu begeben, Jnen aber wart zugeſagt Herberge 14 tage in der Stadt mit alle Jren Guttern. Was aber zum Hauſe gehörete von Puchſſen, Puluer, gelotte, Kirchengerette, Vitalien, Korn, Speck, Wein, vnd Bier etc. muſt bey dem Haus bleiben. Alle aber, ſo aus der Stat hinauf abgetreten waren vnd entwichen, muſten von ſtunt an vber di Weiſſel aus dem Lande, auf vorbitt der Creutziger lieſſen Jnen Landt und Stete das Leben. u) Iam Thorunenſium exemplo excitatae, ſignisque datis monitae, civitates reliquae ſuas quaeque res non minus fortiter ac feliciter peragebant, ita ut intra menſis ſpatium ultra quinquaginta arces et urbes in foederatorum poteſtate eſſent, et praeter tres urbes, firmioribus praeſidiis munitas, parum admodum crucigeris reliquum ſupereſſet.

Iam ergo, pulſis tyrannis, deſtructis tyrannidis propugnaculis, libera erat Pruſſia, neque quisquam quicquam in eam iuris habebat, poteratque adeo recuperatam libertatem ipſa per ſe tueri remque publicam inſtituere. (vid. *Poln. Bibl. p.* 291-296.) Sed conſultius videbatur ſub potentem regii alicuius imperii tutelam concedere et ſub iuſto mitique regimine illaeſa libertate frui. Poterat eligere ſibi dominum quem vellet, cumque alii ab aliis reges laudarentur,

 Thoru-

u) Arx ſtatim ita deiecta ac diruta, ut pauca vix hodie rudera ſuperſint. Neque intra ſuam tantum urbem ſubſtitit animoſa Thorunenſium virtus, ſed extra fines quoque ſuos progreſſa eſt. Greg. Hesius libro iam laudato: *Thorunenſes cives cum Terreſtribus ſibi adiunctis, eâ, quae ſibi imminebat, occupatâ, arcem* (Papovienſem *Schütz fol.* 196. *b.*) *Birglovienſem, unde ac poſtea Grudentinenſem, Starogardienſem, Brodnicenſem, Pomeraniae etiam Nobilitatis ſubſidio Svecenſem, Mevenſem, Schlochovienſem et alias in poteſtatem ſuam redegerunt.* LEO hiſt. Pruſſ. lib. VI. p. 268, *Torunenſes ſubdiderunt arcem ſibi in die S. Dorotheae - - - hinc progreſſi occuparunt Birgelaviam, Golubum, Radzinum, Graudentum, Brodniciam, Cauernicum, Engelsburgum, Rogoſno, Papoviam, Ventzelaviam, Fridecum* et praeſidiis munierunt. Atque etiam, dirutis viciniorībus arcibus, pluribus in locis praeſidia ſuis ſumtibus aluiſſe Thorunenſes, clariſſime didicimus ex Inſtructione, qua continentur mandata, Ioanni de Loe, praeconſuli, et Conrado Toydenkus, conſuli, data, cum anno 1457 Elbingam ad conventum mitterentur; quibus in literis diſerte memoratur, Thorunenſem civitatem praeſidia Brodnicenſi, Svecenſi ac Reddinenſi arcibus impoſuiſſe, illisque militibus ſtipendia e ſuo aerario perſolvere.

Thorunensis civitas, ob oculos habens plurima quae universae Prussiae a vicinitate expectanda videbantur commoda, Poloniae regem caeteris praeterebat, cuius sententiae statim socias habuit civitates terrarum Culmensis, Michelauiensis et Pomerelliae, ac reliquis etiam foederatis ut eam probarent facile persuasit. Mittebantur igitur statim legati XII, duo equites, duo nobiles, octo e civitatibus, inter quos Thorunensis civitatis nomine erat Rutcherus de Birken, Praeconsul: qui cum d. 18. Febr. Cracoviam pervenissent, post paucos dies ad regem CASIMIRVM admissi, mandata peregerunt, regisque imperio Prussiae terras obtulerunt. Quod qua ratione, quibusque conditionibus factum sit, non possumus docere melius, quam ipsis verbis, quibus Iohannes de Baysen, legatorum primus, ad regem usus est (integram orationem exhibet *Schützius* *f.* 198. *b. sq.* verius quam Dlugossus, qui *L. XIII. p.* 128. *sqq.* plane diversam ad suam mentem finxit): es haben vns vnsere Eltesten an Ew. Königl. Majestet geschicket, so ferne vns Ew. Königl. Maj. bey vnserm Culmischen, vnd eines jedern besondern Lübischen oder Preussischen Rechten, bey unsern Priuilegien, alten Frey- und Gerechtigkeiten, löblichen Gewonheiten, vnd sonderlich mit Ew. Königl. Maj. Bedingungen, nemlich, das die gebrochen Schlösser in Ewigkeit zum Gedechtnüß gebrochen blieben, vnd nicht wieder gebawet werden sollen, Item, was ein jeder Herr oder Stadt mit eigenen Vnkosten gewonnen vnd eingenommen hat, dasselbe für sich behalten solle, vnd was dergleichen Bedingungen mehr sein möchten, vns darinnen vnd dabey schützen, erhalten vnd beschirmen wolle, das wir vns Ewer Königlichen Majestet als den alten Erbherrn, vnd ietzo auffs newe als einer selbsten erwehlten Obrigkeit, gutwillig vnd on allen Zwang vntergeben, vnd die eroberten Schlösser vnd Städte aufftragen solten. Re per plures dies deliberata, dissuadente *Sbigneo*, Cardinali et Episcopo Cracoviensi, Thesaurario etiam Ordinis quidvis contra machinante, ut rex averteretur, x) cum professi aperte legati essent, si

x) Quantum laboraverit ordo, ut, ad avertendum a foederatorum partibus regem, magnates Poloniae sollicitaret, documento esse possunt literae Magistri gen. sequentes:

Dem Edelen vnd Gestrengen Herrn Nicklasen Cosczelecz
Woywoden czu Leslaw vnd Houptmann zcu Beberer
vnserm sunderlichin gutten frunde

Bruder Lodewig von Erlichßhwßen
Homeister dewtsches Ordens

Edeler Gestrenger vnd besunder guttiger Herre vnd frundt, Alse ir czu vns gesandt, vnd vns habet anbrengen lassen, wie euch vnsere, vnd vnsers ordens gedrenge, die vns jtczunt von vnsern lewthen gescheen, leid syn, vnd dirbittit euch, seyn wirs begerende, Jr wellet euch bey vnsern gnedigen Herrn Konig czu Polan fugen vnd euch ken seyne gnode mit vleisse bearbeiten vnd bewerben, das sich seyne gnode der sachen welle vndirnemen, So das wir vnd vnsir orden bey vnser Hyrschafft vnd macht, deser vnser lande mochten bleyben 2c. Guttiger sunderlicher herre vnd frundt, hirJnne dirkenne wir euwer gonst vnd sunderliche zcunegunge, die ir traget zu vns vnde zu vnserm Orden, vnd bitten euch dorvme mit gantzem vleisse, das ir sulche euwer gutte meynunge vnd willen vns vnd vnserm Orden zcu gute vordan volfuret, Euch zcu vnserm gnedigen Herren Konige zcu Polan eebesser füget vnd euch ken seynen gnoden, mit euwerm getrauwem vleisse bearbeitet vnd bewerbit das sich seyne gnode In die sachen also legen, vnd die ding vorfugen welde, das wir vnd vnser orden bey vnser macht vnd herlichkeit deser vnser lande bleyben mochten, hirJnne wellet liber herre vnd frundt euwer fruntlich arbeit vnd vleiß nicht sparen, sunder die vngesewmet an euch nemen vnd volfuren Vnd werdet ir is also beleiten, das wir vnd vnser orden, an vnd bey vnser herlichkeit vnd macht mogen bleiben, So wellen wir euch vff vnser haws Strosberg vnd seyne zcubehorunge vier tawsent vngerischer gulden vorschreiben, vnd ir sollet

ſi a rege non ſuſcipiantur, aliorſum ſe abituros eſſe, ubi ſcirent ambabus ſe manibus exceptum iri, cum item ſuaderent plerique regis conſiliarii, permotus hisce rex CASIMIRVS benivolam illam et ſpontaneam Pruſſorum deditionem accipiebat, datoque Cracoviae die VI. Martii privilegio, tutelam et patrocini-

 um

---

daſſelbe haws alſo lange Innehalden vnd haben, bis das wir euch ſulche vier tawſent gulden vol vnd gancz beczalen, vnd was euch hir Inne begegenet, das begeren wir euwere ſchrifftlich antwort mit den erſten vnd wir wellen is ken euch womit wir konnen mit willen gerne vorſcholden. geg. vff vnſerm hawße Marienburg am Sontage czur vaſtnacht (i. e. d. 3. Mart.) Im xc liiijten Jore.

Iam anno praecedente, cum intellexiſſet imperator Rom. Fridericus, Caſimirum, Poloniae regem, ab vtrisque partibus adiri, dedit ad hunc literas, quae hic ſequuntur:

*Fredericus diuina fauente clemencia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Auſtrie Stirie etc. Dux. Sereniſſimo Principi Domino Kazimiro Polonie Regi, fratri noſtro cariſſimo, Salutem et fraterni amoris continuum incrementum. Sereniſſime P. fr. nr. cariſſime, dolenter accepimus illam periculoſam Conſtantinopolitanam ſubactionem, infidelium brachio pridem miſerabiliter factam, cum excidio ingenti. Et expedit vt nos v. q; f. ac ceteri principes Katolici ſub ſilencio rem tantam non praetereamus, ne deteriora ob impunitatem facinoris perpetrati in dies ſuccreſcant, ymo res ipſa expoſcit, vt arma a chriſtianis aduerſus huiusmodi nefandam tirannidem in effectum commoueantur | Et quia impreſentiarum cauſa et cauſe differenciarum inter venerabilem Lodwicum Magiſtrum ordinis theutonicorum prelatosque et preceptores eiuſdem ordinis, deuotos noſtros dilectos, ex vna, et nonnullos militares et vaſallos et opidanos dicti ordinis ſubditos in Pruſſia partibus ex altera, coram nobis vigore cuiusdam compromiſſi pendent indeciſe, Et partes ipſas Deo auctore in amicicia aut iuſticia ad pacem et concordiam cum aſſiſtencia et conſilio Eccleſiaſticorum et Secularium Sacri Imperii Principum, ad hoc hiis diebus ſerioſius per nos accerſitorum, ſperamus conducere opera diligenti nos poſſe. Quoniam res ipſa differenciarum huiusmodi nobis merito cordi eſt, penſantes quod vbi ad pacem et concordiam in amicicia aut iuſticia, competentibus viis et modis, partes ipſe celeriter non deuenerint, eas differencias non ſolum partibus, ſed eciam Eccleſie ſancte Nobis ac Imperio ſacro, omnibusque Regibus et principibus pernicioſas fore exemplo, cauſam vtique non modicam preſtabunt infidelibus, chriſtianos ac fidem noſtram armis perſequendi, cum indubie partium concordia ſanis reſpectibus conſideratis plurimum ad reſiſtendum inimicis crucis Chriſti accommoda et fructuoſa dinoſcetur. Vt igitur ea que ad laudem Dei, conſolacionem ſancte matris eccleſie et reipublice decus atque bonum fidei aliis in orbe agibilibus preponderentur, Quodque eo ſalubrius et maturius Eccleſie ſancte pro viribus ſuccurri a chriſticolis poſſit, curabimus ſummopere differencias ſubortas inter partes dictas mora ceſſante ſub pacis et concordie amplexu, quantum in nobis eſt, in amicicia aut in iuſticia de medio tolli, minime dubitantes, quare eandem f. v. affectuoſe rogamus, quod ſi ad turbacionem reipublice, ab aliqua dictarum partium in Pruſſia vos requiri quomodolibet contigerit, pro fauore et auxilio aduerſus alteram partem, quouis queſito colore faciendo, Quatenus aures veſtras requirentibus huiusmodi ad id non prebeatis, ſed potius pro tuenda fide catholica, preſertim temporum condicione modo attenta, ad laudabilem et felicem pacis atque optate concordie in amicicia aut ut prefertur iuſticia conſummacionem, coram nobis diuina fauente clementia fiendam vos fautorem ſtudio conſtituatis opportuno, nobis ad complacenciam bene gratam, fraterno erga vos amore merito proſequendam. Dat. in Gratz, die XX octav. menſis Auguſti Imperii noſtri anno ſecundo*

*Ad mandatum domini Imperatoris*

*mgro Vlrico Rederer referen. v. Welcze*

um regium promittebat, pluribus beneficiis et honoribus Pruſſos ornabat, iura item et privilegia confirmabat; ſed hoc quidem dicemus ipſis privilegii verbis: *Promittentes inſuper pro Nobis, Haeredibus et Succeſſoribus noſtris, quod praefatos Praelatos, Spirituales et Seculares, ac ſacras aedes et eccleſias, Barones, Nobiles et cives atque ſingulos incolas terrarum noſtrarum Pruſſiae, in iuribus, libertatibus, literis, privilegiis, immunitatibus eorum, quae a principibus ſpiritualibus et ſecularibus, regibus et dominis terrarum praedictarum obtinent, conſervabimus, fovebimus, defendemus, nec unquam violabimus aut praevaricabimur, aut violari vel praevaricari quomodolibet permittemus.* Libere igitur ac ſponte ſub Sereniſſimi Poloniae regis Caſimiri imperium concedebat Pruſſia, unumque ac ſolum regem ſibi ſumebat dominum, huic terras, arces, oppida ſui iam iuris facta tradebat, huic ſua iura, maiorum virtute meritis et ſanguine parta, commendabant, his ſalvis fidem et obſequium pollicebantur. Suſcipiebat Rex Pruſſiam, ſibi eàm habiturus, promittebat patrocinium, iura omnia confirmabat et perpetuo ſalva eſſe iubebat. Adeatur hic Magnif. LENGNICHIVS in *Bibl. Pol. To. II. p.* 297. - 306, *in primis etiam p.* 312 *ſqq. et in Geſchichten der Preuſſ. Lande To. I. tractat. praelimin.* tum et Celeb. HANOVIVS in *Preuſſ. Samml. To. II. p.* 278 *ſqq.*

Sed nunc ſecura novae felicitatis poſſeſſio bello parienda erat, quaeque per unum menſem perfecta fuerant, nunc immenſis laboribus, impenſis, periculis et ſanguine plurimo per XIII fere annos tuenda erant. Ac vere profecto poſtea a. 1607 Magiſtratus Thorunenſis in literis ad Status Pruſſiae, Grudenti in ante-comitiali conventu congregatos, datis ſcribere potuit: *Quantum conſtiterit maioribus noſtris priusquam crucigerorum dominatu ſe exonerarent, hiſtoriae et acta civitatum publica luculenter demonſtrant. Res tum tanta conſtantia et dexteritate agebatur, ut ſe potius Anteceſſores noſtri, cum omni familia et fortunis ſuis, ſatius duxerint ex his terris ad internecionem usque exciſos eſſe, quam ut ſub crucigerorum imperium poſtliminio malo fato redirent.* Vid. *Chron. Zerneck. ad ann.* 1607. Crucigeri nimirum pro recuperanda quam amiſerant dominatione collectis undique copiis depugnabant acerrime cladibusque atrociſſimis omnia foedabant. Quibus in periculis quantopere enituerit Thorunenſis Civitatis virtus, conſtantia et fides, clare rerum geſtarum monumenta teſtantur. Cum non eſſet amplitudine maxima, cum cederet aliis opum affluentia et copiarum viribus, non tamen virtute ceſſit; cumque plures partim proditione turpi traditae, partim metu pavidae, partim vi ſuperatae, in crucigerorum rediiſſent poteſtatem; ipſa tamen non labores metuens, non pericula reformidans, non damna aeſtimans, non ſumtibus, non ſanguini denique ſuorum parcens, conductis aere ſuo ter mille militibus, adhibita praeterea civium forti opera, ſeſe defendit ac pro communi ſalute fortiſſime decertavit. Cum ad Coniciam primum infeliciter pugnatum eſſet, ipſa cum reliquis maioribus civitatibus precibus ſuis regem exhortata eſt, ne deſponderet animum aut deterreri ſe pateretur, fidamque ac fortem ſummis viribus operam pollicita eſt. (Schütz. f. 208. b.) Cum anno ſequenti Magiſter Ordinis gen. cum trium millium manu urbem repentino impetu occupare conaretur, ſpe ipſi facta a quibusdam civibus, patriae prodendae nefanda conſilia agitantibus: effectum eſt vigili fidelium cura et promta ad defendendum fortitudine, ut infecta re abire cogeretur. Vidit tum Thorunium ſuburbia ſua, praedia et vicos, diripi et vaſtari, vidit funeſtis ignibus domos ſuorum conflagrare, flammis in ipſam Neopolin progredientibus, maximamque eius partem miſere abſumentibus. Neque vero labefactari tantis malis conſtantiam et fidem ſuam paſſus eſt Thorunenſis civitatis Magiſtratus, ſed, ut ſevere etiam cives ipſius de fide ſervanda admonerentur, peſſimi facinoris auctores capitali ſupplicio affecit. (*Chron. Zerneck. ad h. a.*) Quantum idem ſequenti anno 1456 diſcrimen ſubiit! cum inteſtina ſeditione perniciosa ingenia, a crucigerorum miniſtris concitata, extrema minarentur, parumque abeſſet quin urbs hoſtibus proderetur. Sed et

his

his periculis, amica Gedanensium ope fretus et adiutus, prudenter ac fortiter obviam ivit, utque insigni ostenderet exemplo, quam severe fidem servari cuperet, comprehensos seditiosos plus quam LXX uno die d. 28. Sept. carnificis gladio subiecit. y) Quam porro strenue et fortiter extra urbem res gesserit,



(y) Superest tabula, in qua singulorum nomina perscripta sunt; at ista quidem scire nemo desiderabit: dabimus hic potius ex autographis epistolas duas, quarum altera, clanculum submissa, Ordo cives Thorunenses sollicitare studuit, altera publice scripta civitatem, ut ad Ordinis partes rediret, invitavit.

Minen gar vruntlichen grus, vnd alles was Ich gutes vnd liebes umb euwern willen vormag czuthun czuuor. Erbaren vnde getruwen. liebe gemeyne. Ich lasse euwir erbarkeit wissen, das vnser gnediger herre Romisscher vnde Behemisscher Koning vnde vnser gnediger herre Marggraff von Brandenburg vnde von Merheren komen mit eyme grossen heer vnde macht. vnde der meister von deuczen landen kumpt ouch wol mit vj$^{m}$ gleuenien. vnd sust vil andere guter Rittere vnde knechte vom Reyne, vnde vnser gnediger herre Koning von Behemen hat mir gelegen. l.$^{m}$ golden, domete Ich Rittere vnd knechte sal vorsolden, alzo das der Marggraff vnser houbtmann seyn wirt. vnd wellen In vierczen tagen seyn vor Torun, vnd wellen euch ab got will retten, mit der gotis hulffe, dornoch moget Ir euch genczlich richten vnd czuuorlosen. vnd was euch der czeiger dessis brieffs sagen wirt, das Ir das genczlichen gloubet rechtis ab Ich selbir muntlichen mit euch rette, vnd schribet mir eyn gutliche antwert dornoch Ich mich moge richten. Ouch wisset lieben getruwen. das wir euch alleczeit wellen forderlich vnd behulfflich seyn, ken vnsern gnedigen herren Koning czu behemen. vnd euch vorantwerten ken allen herren Rittere vnd knechte. vnd das Ir euwern eyt gar getruwelichen vnde vnuorrockt ken euwir erbliche naturelich herren als di fromen getruwen feste gehalden habet, vnd getruwen euch noch alles gutes czu. als wir vor y gethan haben. Vnd seyt stete feste vnd stark In euwern gelouben. went wir ab got wil vnuorczogelich euch czu Rettunge wellen komen. vnd euch retten ader vnser lebin dorczu lassen vnd thut do by als wir euch gancz czugetruwen, vnd beuele euch dem allemechtigen gote. Gegeben czu Bretslaw am dinstage noch michaelis vnder meynem heymlichem Ingesegil

Grosscheffer czu
Konigisberg 2c.

Den erbarn vnde getruwen gemeyne czu Torun.

Kompthur czur Swetz
an des Homeisters stat

Vnsern fruntlichen grus czuuor. liben besundern frunde Als Ir wol vornomen habt, das vnser vinde von vns sint geczogen vnd das wir mit gotis hulffe vnser hus haben behalden, wy nu alle ding zich dirgangen haben, zo bitten wir euch, das Ir noch getruwelich vnd wol bey vnserm Orden tud, als verre ir nicht groblich vnd gancz vorterbet wellet werden, vnd fuget is also das vns vnser hus nicht empfremdet werde, vnd das dy Polan nicht wek komen, das wellen wir zo gutlich ken euch bedenken, das Ir vns ewiglich zollet haben czu danken, went vns volk genuk kompth, das wir vnser land wol truwen czu beherten, vnd wellen euch korzlich czu hulffe komen. Geg. czu Marienburg am Mittewoch noch Mathei apli vnd seyt Sunderlich gewarnet ap ir den Konig Inlassen wordet, das nicht zakman obir euch gemachet werde.

Den vorsichtigen wyzen Mannen Burgermeistern vnd Rotmañen
czu Thorun der aldenstad vnsern guten frunden.

ſatis teſtimonii eſſe poteſt, quod ao. 1460 ipſe praeconſul Thorunenſis IOHANNES DE LOE, in oppugnatione arcis Swecenſis, exitiali globo percuſſus, vitam cum ſanguine pro patria fudit. Tacemus hic reliqua, quae nimis longum eſſet ſingula enarrare, quaeque annalium memorata tabulis Thorunenſium virtutem ſemper teſtabuntur.

Iam hac Thorunenſium virtute ut initium factum fuerat belli, ita hoc deinde eidem civitati obtigit, ut in ea pax, cuius ineundae conſilia iam anno 1463 in urbe Brzeſcenſi, et ſequente hic agitata ſed ſine ſucceſſu fuerant, tandem anno 1466, intercedente Rudolpho Pontificis legato, conciliaretur, et univerſae Pruſſiae, tot cladibus mutuis afflictae, optata quies redderetur. Simili honore ante quoque aliquoties gaviſa fuerat, quippe ao. 1411 inter regem Vladislaum et Magiſtrum Ordinis Henricum Ruthenum Plavienſem pax compoſita hic fuit, anno 1436 ad pacem confirmandam duo Conſules Thorunenſes Brzeſciam miſſi, anno 1441 itidem in urbe Thorunenſi inter Vladislaum regem et Conradum Erlichshuſium, hic praeſentes, pax confecta et pariter anno 1447 a Caſimiro rege et eodem Ord. Magiſtro hic praeſentibus confirmata.

Sic ergo poſt tot calamitates toleratas, poſt tot diſcrimina rerum ſuperata, immortali Dei beneficio, deſiderata tamdiu pace Pruſſia tandem recreabatur. Gratulari adeo ſibi merito poterat Thorunenſis civitas, quod, quarum rerum initium pro univerſorum ſalute ipſa aggreſſa fuerat, in quibus gerendis tantum ipſa praeſtiterat, eas ad tam optatum finem apud ſe perduci, atque ita firmiter ſtabiliri videbat tum ſuam tum univerſae Pruſſiae ſalutem et felicitatem. Qua cum ſub SERENISSIMORVM AC POTENTISSIMORVM POLONIAE REGVM imperio et tutela per tria iam ſaecula frui illi licuerit, quidni tanto magis nunc illi gratulemur? quid magis noſtrum ſit, quam pia agitare gaudia? quam DEO gratias demiſſa mente agere? quam ſub novi ſaeculi initium nova vota nuncupare, et ardentiſſimis precibus ſalutem florem et incrementa cariſſimae patriae noſtrae ſupremo et omnipotenti rerum omnium moderatori et regum regi commendare, eundemque pro ſalute

SERENISSIMI REGIS AVGVSTI III,
DOMINI NOSTRI ET PATRIS PATRIAE INDVLGENTISSIMI,

implorare? Celebrabitur igitur in Gymnaſio noſtro dies iſte, qui tantorum bonorum ſpem primam attulit. Publica id oratione facere mandatum eſt collegae noſtro IOHANNI ALBINO KRIES, qui pio officio ſatisfacturus, *beneficia, a Sereniſſimis Poloniae regibus, tum in Pruſſiam tum in noſtram in primis civitatem profecta*, *grata mente praedicare* conabitur. Ad eum igitur benivole audiendum ut craſtino die, qui eſt VII. Februarii, in Gymnaſio noſtro adeſſe atque hunc diem, quem nemo noſtrum ante vidit, nemo iterum ſe viſurum ſperare audet, praeſentia ſua illuſtriorem reddere dignentur MAGNIFICI ET AMPLISSIMI CIVITATIS NOSTRAE PROCERES, Patroni ſumma obſervantia colendi, Reverendi Sacrorum Antiſtites, Experientiſſimi Med. Doctores, Spectabiles Iudiciorum Aſſeſſores et quicunque ſunt omnis ordinis literarum Fautores, pro ſua quosque dignitate, qua decet animi demiſſione, reverentia, cultu et humanitate rogamus. P. P. Thoruni d. VI. Februarii CIↃ IↃCC LIIII.

# ORATIO
# SAECVLARIS

MAGNIFICE BVRGGRAVIE REGIE
MAGNIFICE CIVITATIS PRAESES
NOBILISSIMI AMPLISSIMI CONSVL-
TISSIMIQVE CIVITATIS
CONSVLES
VIRI
SVMME REVERENDE EXPERIENTIS-
SIMI
PLVRIMVM REVERENDI SPECTABILES
CLARISSIMI DOCTISSIMI
AVDITORES PRO SVA QVISQVE
DIGNITATE
ET ORDINE OBSERVANTISSIME
AC DILIGENTISSIME COLENDI

TVQVE IN SPEM NOVI SAECVLI
LAETE SVCCRESCENS
OPTIMARVMQVE ARTIVM STVDIIS
FLORENS IVVENTVTIS CORONA

* * * * * * * * *

Immortali igitur DEI OPTIMI MAXIMI beneficio, poſt felicia recuperandae libertatis initia, excuſſo intolerabili dominationis iugo, QVARTVM hodie, quod felix fauſtumque DEVS eſſe iubeat, SAECVLVM orditur PRVSSIA; quodque ſalutis ſuae inſtauratorem nacta fuit SERENISSIMVM AVGVSTISSIMVMQVE POLONIAE REGEM CASIMIRVM, quod eiusdem patronos et cuſtodes per trium ſaeculorum decurſum habuit SERENISSIMOS ILLIVS SVCCESSORES, iam ſub glorioſo SERENISSIMI AC POTENTISSIMI AVGVSTI III, DOMINI SVI ET PATRIS PATRIAE INDVLGENTISSIMI, regimine de tanta ſibi felicitate gratulatur. Per quam tam longam annorum ſeriem quanto plura quantoque inſigniora exſtiterunt tum providentiae clementiaeque divinae, tum benignitatis indulgentiaeque REGVM optimorum, PRVSSIAE ſuae bene cupientium, documenta: quid magis hodie conveniat, quam tanto maiori cum animorum affectu pia agitare gaudia, tanto religioſius Supremo rerum omnium Gubernatori mentibus intime commotis gratias agere?

Revocat hic dies animos noſtros in priſca illa tempora. Atque hic quae ſe mentibus noſtris offert rerum facies? quae tum erat PRVSSIAE conditio et fortuna? a dominis ſuis, quos olim felicitatis ſuae ſtatores, tutores et amplificatores habuerat, poſtquam a priſtina virtute foediſſime degeneraverant, miſere premebatur, immiſericorditer exhauriebatur crudeliterque vexabatur. Qui chriſtianae religionis introducendae cauſa has terras ingreſſi fuerant, illi iam nulla religione deterreri ſe patiebantur, quo minus quidvis pro lubitu auderent. Pro priſtina frugalitate apud eos regnabat luxuria: pro veteri modeſtia eos inflabat ſuperbia: qui fratrum antea nomine coli voluerant, dominorum nunc ſuperbo titulo ſe ſalutari, nec nomen ſine omine gerere, ſed dominos etiam ſe metuendos exhibere malebant. Bellis temere ſuſceptis, cives periculis obiiciebant, ſanguinemque illorum intempeſtive profundebant, unde et hoc conſequebatur, ut agris, urbibus ac tectis hoſtili ferro ac flamma excisio, inflammatio, depopulatio et vaſtitas inferretur. Cumque bellis iam ſatis afflicta fuiſſet PRVSSIA, tributorum praeterea oneribus impoſitis ſe premi et exhauriri penitus ſentiebat.

tiebat. Obliti illi pactorum, datam privilegiorumque tabulis firmatam fidem violare non verebantur, ruptis omnibus iurium vinculis, quibus adstrictum et circumscriptum erat eorum imperium, insultare civibus, saevire in terga et capita adeo eorum, et usquequaque superbe avare et crudeliter in eos grassari non erubescebant. Sensit dominorum istorum insolentiam Thorunium, cum, praeter alia, magistratum suum, legitime electum, loco moveri, et optimos viros immeritos dignitate exui vidit, novosque sibi magistratus obtrudi. Eo progrediebantur quidam, ut Prussiae incolas mancipia sua gladio capta mendacissime pronuntiare non dubitarent, non cogitantes, illos olim largissimis magnorum beneficiorum et commodorum promissionibus invitatos, libere ac sponte huc commigrasse, veteribus autem indigenis, bello quidem subactis, tamen sua quoque iura et libertates fuisse concessa. Non precibus, non querelis obtineri poterat, ut ab iniuriis abstinerent, mitiusque ac iustius exercerent imperium.

Quid igitur in tantis malis aliud consilii supererat, quam ut de fortiori et efficaciori adversus iniustam vim remedio compa-

rando PRVSSIA cogitaret? Comparabatur etiam, foedere inito, quo, praesupposita et praecustodita debita erga legitimos dominos obsequii fide, ad amovendas iniurias, repellendasque violentas insolentium grassatorum impetitiones, concordibus animorum sensibus in unum coibat universa PRVSSIA. Sed neque sic obtinebatur, quod salutari consilio quaesitum fuerat, nec incolumis aut tuta ab insultibus servari poterat quies et salus publica. Iam fremere illi maxime, qui eminentibus dignitatibus datam sibi dominandi pro lubitu facultatem existimabant, iam ira et furore exardescere, iam tanto magis premere et vexare cives. Tantis afflicta malis gemebat PRVSSIA; admovebat preces, sed frustra; querelas proferebat, sed surdis auribus; expostulabat, sed sine successu. Tandem summa rerum defertur ad Imperatorem iudicem, et de summa salutis publicae coram eius tribunali decertatur. Atque hic, ubi summum saluti suae praesidium se nacturam speraverat PRVSSIA, ibi iam in extrema praecipitatur pericula. Sententia fertur secundum dominos. Iam illi exultare et triumphare, iam cogitare de victoria quam saevissime possent exercenda, ut priora illa, quibus

bus immeritos vexarant, ludus et iocus cen-ſeri debeant prae iis, quae nunc non tacite meditabantur, ſed gloriabundi aperte iactabant. Quas illi iam oppreſſiones moliebantur! nunc commodam oblatam ſibi occaſionem iudicantes tollendi omnia, quae lubidini ipſorum impedimento eſſent, privilegiaque iura et libertates omnes eripiendi! iam turrium in urbibus deiectiones, murorum domuumque deſtructiones mentibus agitabant. Quam immenſas mulctarum ſummas iam animis computabant! quam infinitis tributis et vectigalibus exhaurire univerſos parabant! quam porro crudelibus et inhumanis plane ſpectaculis oculos paſcere deſtinabant, trecentis ex nobiliſſima civium parte carnificis gladio ſubiiciendis.

Sed intercepit DEVS omnipotens tam pernicioſa conſilia, eaque ipſis auctoribus in caput vertere et exitio eſſe iuſſit. Avertit a PRVSSIA minantes ipſi ſaevas iſtas furoris dominorum procellas, ipſamque in extrema adductam, cum plane deſperandum eſſe videretur, erexit, atque ad tuendam ſalutem ſuam animavit. Iam nova ſurgebat rerum facies, atque ad novas ſpes de univerſae PRVSSIAE ſalute ac libertate capiendas

in HAC VESTRA, PATRES ac CIVES THORVNENSES, VRBE ſignum tollebatur. Promebat ſe pectoribus inſpirata divinitus virtus, et forti auſu ad deiiciendum intolerabile iugum, et aſſerendam per vim, cum alia via non ſupereſſet, libertatem ſeſe accingebat. Primum iſtius virtutis animoſae documentum vidit heſterno die circa veſperam LVDOVICVS ERLICHSHVSIVS, cum THORVNIO miſſae ipſi redderentur literae, quibus religione, qua ſe olim, ad fidem et obſequium praeſtandum, illi obligaverat, PRVSSIA ſe exſolvebat, eumque cum Ordine ſuo res ſuas ſibi habere iubebat. Quanto cum ſtupore literas iſtas legiſſe putatis illum, qui coeli prius ruinam, quam talia exſpectaverat? quantas ſollicitudines, quam inquietam noctem ei attuliſſe cenſetis veſperam iſtam, quae PRVSSIS nuntiabat noctem unam omnium iucundiſſimam, qua felici dolo per feſtivum ludum arx Thorunenſis occupata fuit, vel, ſi aliorum ſequi fidem praeſtat, diem, quo optabilior illuceſcere non potuit. Atque *ille eſt hic hodiernus dies*, quo VESTRORVM, CIVES, MAIORVM virtus recuperandae libertatis ipſo opere initia fecit, quos, cum animis regredimur, videmus fervidiſſime in oppugnanda arce occu-

patos

patos et enixissime summa vi pro salute communi laborantes. Nec sine successu. Dedere enim se coacti sunt illi tam ferocientes nuper domini, expugnata fuit arx, atque invisa detestandae tyrannidis sedes deiecta, atque sic oppressa tam diu libertas restituta. THORVNENSIVM igitur in maximis istis rebus prima laus est, quam non invidiosum erit hic in ipsa urbe hodie commemorari, quam, quoties redibit dies hic, toties sera celebrabit posteritas.

Hunc ergo diem, hodie nobis feliciter illucescentem, quis est, qui non plausu excipiendum iudicet? non religiose celebrandum ducat? non faustis ominibus votisque persequendum censeat? Hunc igitur nobis merito gratulamur. Merito illum vos, MAGNIFICI ATQVE AMPLISSIMI CIVITATIS NOSTRAE PROCERES, publice celebrari statuistis, et privatam singulorum pietatem publico excitare exemplo, ut, qua in urbe prima DEVS novae spei initia dedit, in ea etiam, novo saeculo incipiente, primum exstaret gratae pietatis documentum. Cuius rei causa cum me ad dicendum prodire voluistis, ego equidem hunc mihi honorem vehementer gratulor, et maximopere gaudeo, hoc mihi obti-

giſſe, quod ſingulare prorſus eſt, nec iterum cuiquam noſtrum obtingere poterit, ut in hoc ſaeculari gaudio publicus laetitiae ac votorum interpres deligerer. Ac ſi unquam, hodie profecto optem, probabilem mihi dari facundiam, qua recte perfungi officio demandato poſſim. Sed tenuitatis imbecillitatisque meae conſcientia hoc quidem me ſperare vetat, VESTRA autem, DOMINI, PATRONI AC FAVTORES QVA PAR EST OBSERVANTIA COLENDI, humanitas et benignitas, tot mihi documentis alias cognita, hanc mihi fiduciam facit, fore ut nunc quoque, non quam perfecte quamque digne, ſed quam ſtudioſe res a me peragatur, ſpectaturi ſitis.

Quod vero ad dicendum argumentum commodius ſit et convenientius, quam in quod me ipſe hic dies deducit? Initium hoc die factum fuerat libertatis recuperandae; iam cogitabat PRVSSIA, qua ratione ſecura redderetur ac ſtabilis illius poſſeſſio. Hanc, rebus diligentiſſime penſitatis, obtenturam ſe ſperabat, ſi ſub SERENISSIMORVM ET POTENTISSIMORVM POLONIAE REGVM imperium et tutelam ſe conferret. Adibat ergo feliciter et glorioſe tum ſceptrum tenentem CASIMIRVM; HVIC terras, urbes, cives ſuos offe-

offerebat, id ſibi paciſcens, ut ſuis iuribus et libertatibus illaeſis frui poſſet. Suſcepit eam REX benigniſſime, ſtatuturusque regiae benivolentiae et patrocinii documentum, dato privilegio luculentiſſimo, novae ad futuram aetatem felicitatis fundamenta iecit. Cuius felicitatis cum per tria iam ſaecula patronos ac tutores PRVSSIA habuerit SERENISSIMOS POTENTISSIMOSQVE DIVI CASIMIRI SVCCESSORES; quidquid eſt ab ILLIS beneficiorum in PRVSSIAM et noſtram in primis civitatem profectum, eorum omnium dies hic nos meminiſſe iubet, ea omnia nobis ipſae hae, quibus parietes hos ſplendere videtis, ILLORVM imagines in memoriam revocant. Religioni igitur, quam dies hic imponit, pro viribus aliquantum ſatisfacturus dicam DE BENEFICIIS, QVAE A SERENISSIMIS POLONIAE REGIBVS IN PRVSSIAM ET NOSTRAM IN PRIMIS CIVITATEM PROFECTA SVNT. Quae ſi ſperem a me ita, ut dignum erat, exponi et praedicari poſſe, amens ſim, cum nullius ſit tanta dicendi vis et copia, ut illa percenſere et extollere digne queat, quaeque voluminibus conſcribendis amplam praebent materiam, longe abeſt ut ſermone brevi comprehendi poſſint. Verum ut ipſe DEVS, cum gratiae ipſi pro

infinitis beneficiis agendae ſunt, non tam ſplendidam eorum exornationem requirit, quam ſimplici et ingenua pietatis profeſſione delectatur: ita etiamſi ex iſta infinita multitudine quaedam attulero, hunc quoque pietatis conatum meum qualemcunque apud vos non improbatum iri confido. Atque hac adductus fiducia, VESTRAM, MAGNIFICI NOBILISSIMIQVE PROCERES, PATRONI, FAVTORES, AVDITORES OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMI, VESTRAM, inquam, humanitatem imploro, ut benivolas dicenti aures commodare ne dedignemini.

Sed ante quam ad Regum illa beneficia accedo, ne quis, revocatis in memoriam primis PRVSSIAE ſub Ordine Teutonico initiis, ulla parte aliquod ingratae mentis crimen nobis imponere poſſit; neque illud praetermittendum iudico, non nos poſteriorum crudelitate eo adduci, ut priorum propterea obliviſcamur atque ingrato ſilentio diſſimulari cupiamus merita et beneficia, quae, tum in univerſam PRVSSIAM, tum in ſingulas civitates, et plurima et maxima fuiſſe, lubentes gratiſſimique profitemur. Quam immanis, ante iſtorum adventum, PRVSSIAM occupatam tenebat barbaries! quam horrenda

da et exſecrabilis regnabat ſuperſtitio! At ſacrorum iſtorum militum ope, laboribus maximis, et ſanguine plurimo, feliciter debellata ſunt teterrima iſta monſtra, introducta mitior vivendi ratio, adducti ad veri DEI cultum incolae; quibus beneficiis quid poteſt eſſe ad veram beatitatem praeſtantius? Quantum curae, quantum laboris, quantum ſumtuum impenderint, ut, ubicunque victricia arma circumtuliſſent, ibi quoque inſtitueretur et ſtabiliretur doctrinae chriſtianae diſciplina et publicus veri DEI cultus, teſtantur tot vaſta et ſplendide exſtructa paſſim templa. Quam magnifice exaedificata ſunt illa, quae in ipſa hac urbe noſtra nunquam quisquam ſine admiratione ſpectabit? Quantum laudis meretur iſta illorum humanitas et liberalitas, oſtenſa exſtructis paſſim aedibus ad recipiendos hoſpitaliter, alendos et curandos, pauperes atque infirmos! Quantum commodorum et ornamenti PRVSSIAE obtigit eo, quod Teutonici illi fratres, peregre huc venientes, non infimae tantum plebis multitudinem, non temere collectam erronum colluviem, non inutilium alibi terrae ponderum catervam aut civitatum peregrinarum ſentinam, ſecum in PRVSSIAM addu-

xerunt, ſed honeſtae conditionis homines, ingenuos, plurimos nobili genere natos, viros prudentes, mercaturae peritos, artium atque opificiorum gnaros, nec opibus nudos; ut, ſi quis, familiarum originem indagaturus, ad prima urbium recens conditarum initia regrediatur, non facile metuendum ſit, ne in originem incidat, quae iſti Romuli aſylo* ſimilis ſit. Quanta hinc PRVSSIAE naſcebatur felicitas, quod talibus colonis copioſa et frequens reddebatur, per quos optima omnis generis Germanicarum civitatum inſtituta in PRVSSIAM inferebantur! Horum opera urbes aliae novae condebantur, aliae amplificabantur atque egregie exornabantur. His cum nec opum praeſidia nec ingenii dexteritas deeſſet, permittebat Ordo facultatem exſtruendi aedes mercatorias, ac, ne quid ad externum urbium ſplendorem deeſſet, exaedificandi, amplificandi exornandique quam optime poſſent curias, iunctis aedificiis variis, quae publicis civium uſibus et commodis inſervirent, a) inſtituendi negotiatorum ſocietates, artificum collegia opificumque ſodalitates, mercatu-

* Iuvenal. Sat. VIII, extr.

ram

a) Eximium ſuper hoc privilegium, quo anteceſſorum privilegia civitati Thorunenſi data repetiit et inſtauravit CONRADVS DE WALLENROD, Mag. gen. anno 1393, exhibetur *in Preuſſ. Samml. To. II. pag.* 244.

ram exercendi non tantum cum vicinis Polonis, unde, quod inter ipſos Polonos tum nondum mercatura florebat, copioſiſſimus quaeſtus reportabatur, ſed etiam, ut undique omnia apportarentur, cum transmarinis urbibus commercia et negotia habendi. Per quae ut tanto melius res PRVSSIAE effloreſcerent, non tantum urbibus quibusdam hoc tribuerunt Ordinis Magiſtri, ut ſuam hanſam haberent, b) quod huic urbi noſtrae anno MCCCX obtigit, verum etiam, exorto nobili illo et usquequaque celeberrimo plurium civitatum Germanicarum foedere hanſeatico, ut ad illud accederent, permiſerunt. Adiunctae ſunt igitur in nobiliſſimi foederis ſocietatem CVLMA, THORVNIVM, ELBINGA, GEDANVM, BRVNSBERGA, REGIOMONTVM; quin et ipſe ordinis Magiſter foedus iſtud protegendum ſuſcepit. c)



b) Licuerit uti formula illius aetatis, cuius res hic commemorantur, petita ex privilegio, quod Henricus III, Angliae rex, anno 1272 Civitati Lubicenſi dedit, ubi haec leguntur: *Conceſſimus inſuper, quantum ad nos pertinet, burgenſibus et mercatoribus praedictis, quod ipſi habeant Hanſam ſuam* &c. daß ſie ihre eigene Geſellſchafft, Gylde haben mögen. Vid. D. Jo. Petr. Willebrands Hanſiſche Chronick, Vorbereit. *pag.* 5. Thorunenſi civitati hoc tribuit SIEGFRIDVS DE FEVCHTWANG, Ord. Mag. gen. Vid. ZERNECKE *Chronic. Thorun.* ad ann. 1310.

c) PHIL. ANDR. OLDENBVRGERVS *in Limnaeo Enucleato* Libr. IV. c. I. §. XXIX. *Habuit foedus Hanſeaticum olim ſuos Protectores, quales antiquitus fuere* Magnus Ordinis Teutonici Magiſter, *ceſſante autem Ordinis illius ſub Alberto Brandenburgenſi poteſtate, ipſa etiam ceſſavit protectio.* Ipſi Civitatum Hanſeaticarum legati, anno 1434 ad Magiſtrum gen. miſſi, hoc allegant, apud SCHVTZIVM *fol.* 124. *b.* Und nachdemmal des Herrn Homei-

Quam porro liberaliter civitatum et incolarum commodis consuluerunt Teutonici illi equites, constitutis legibus aequissimis, tot privilegiis datis, tot concessis immunitatibus, ut omnes curas cogitationesque suas huc contulisse videantur, ut ad summum splendorem civitates suas perducerent. Quippe quibus easdem fere immunitates et beneficia tribuerunt, quae ipsi ab imperatore FRIDERICO II. obtinuerant; d) certe, quae iura, libertates et praerogativas idem Imperator, circa ista tempora, Lubecensi civitati concesserat, cum liberam eam Imperii civitatem esse iussisset, e) ea fere omnia suis quoque civitatibus, maioribus inprimis, impertiverunt, ut appareat, non minore illos civitates suas dignitate esse voluisse, quam qua essent liberae Imperii Germanici civitates. f) Igitur non tantum per dimidium mil-

sters und seines Ordens Lande und Städte mit in die Hanse gehörete .. der Orden auch von alten vergangenen Zeiten allweg ein Helffer und Beschirmer der Hense und des Kauffmanns Gerechtigkeiten gewesen rc.

d) In privilegio anno 1221 ipsis dato, cuius capita ita breviter recenset OLDENBVRGERVS *libr. cit. libr. III. c. XXVIII, §. VIII.* 1) *Ordo, cum bonis et subditis, recipitur in specialem Imperatoris protectionem.* 2) *Ordini sua confirmantur quae habet privilegia.* 3) *Ordinis bona et subditi immunitatem accipiunt a collectis, angariis et aliis oneribus.* 4) *Datur Ordini, per proprias Imperatoris terras, libertas aquarum, herbarum et lignorum.* 5) *Declaratur immunis a teloniis et aliis exactionibus.* 6) *Non debet Ordo sine iustitia exui bonis.* 7) *Qui feuda tenet ab Imperio, libere illa Ordini potest conferre.* totum exhibet RAYM. DVELLIVS *hist. Ord. equit. Teutonicor. in appendice num. XV. pag.* 14.

e) Vid. Willebrands Hansische Chronick *part. I. pag.* 37. *sq.*

f) Harum praerogativas et iura recenset laudatus ante OLDENBVRGERVS *Limn. enucleat.* lib. IV. c. I. *Solum Imperatorem superiorem recognoscunt; soli Imperatori obedientiam et fidelitatem iurant, postquam ipse prior iuraverit,*

liare et ultra circum quaque patens territorium ditioni illarum attribuerunt, verum etiam agrorum certam portionem peculiari iure ut patrimonium quoddam aeternum possidendam donaverunt; g) Magistratuum et iudicum e medio civium suorum electionem liberam permiserunt; illis plenam iuris dicundi iudiciorumque exercendorum potestatem concesserunt; normam, ad quam iudicarent, ius Magdeburgicum statuerunt; immo et ipsis, ut praeterea suo arbitratu, salutis commodique publici causa, iura conderent, liberam facultatem dederunt; incolis civitatum, seu nobilis generis essent, h) seu civilis conditionis, bona terrestria feudi iure cum omni silvarum, pratorum, agrorum aquarumque libertate possidendi ius indulserunt, a vectigalibus, tributis, anga-

 riis

*se privilegia et immunitates illis conservaturum; liberae sunt a iugo cuiuscunque principis, sive a principum et statuum imperio; Imperatori immediate subditae sunt; sunt status Imperii; nobiles audiunt, et nobilia imperii membra; vocantur ad comitia et in illis aeque ut caeteri status sessionem ac votum obtinent; habent in suo districtu superioritatem territorialem.* Quae pleraque omnia in Prussiae Civitates maiores conveniunt. Conf. *Gelebrtes Preussen part. II. pag.* 24 *sqq.* et *part. III. pag.* 1 *sqq.*

g) Sic Thorunensi civitati statim ab initio data fuit libertas, ut vocatur, LXX mansorum, quae deinde a Meinhero de Quernuorde, Magistro Prussiae provinciali, confirmata fuit, renovato anno 1295 privilegio, quod ex autographo descriptum vide in appendice documentorum huic orationi subiuncta, num. XI.

h) Nobiles enim etiam olim in urbibus habitasse atque in iis honores quoque et magistratus gessisse ostendit HARTKNOCH in hist. Pruss. part. II pag. 446 sqq. conf. ZERNECKE *Chronic. Thorun. edit. a.* 1727 ad ann. 1603. ubi quae recensentur insignia, nunc curiae Thorunensis parietes exornant.

riis aliisque eius generis oneribus liberos et immunes esse voluerunt. Horum adeo auspiciis feliciter incrementa capiebat et egregie efflorescebat PRVSSIA. Nondum dixi, quantum splendoris additum sit urbibus, tot arcibus magnificentissime exstructis. Quis est, qui non admiretur, cum relatum legit, ad eam amplitudinem perductas fuisse res Equitum Teutonicorum in PRVSSIA, ut in ditione sua tenerent quinquaginta quinque optime exaedificatas et incolis frequentes urbes, quadraginta et octo arces, decies octies mille, trecentos sexaginta octo vicos, sexcentos et quadraginta vicos parochiis gaudentes, praediorum liberorum duo millia, redituum summam *fuisse* octingenties mille florenorum Rhenanorum, equitum ordinis fratrum numerum fuisse ter mille centum sexaginta duorum; ne de magno illorum numero dicam, qui dignitates eminentiores et honores gerebant et munera insignia sustinebant, nec de ingenti ministrorum et famulitii multitudine. i) Istorum igitur vestigiis si insistere voluissent, qui illis in dignitatibus successerant, nunquam PRVSSIA habitura fuisset, quod quereretur, perpetuum in

i) Vid. SCHÜTZ *fol.* 100. *b.* LEO *hist. Pruss. lib. III. pag.* 184.

in has terras obtenturi fuiſſent imperium. k) Sed perit beneficiorum gratia, cum non integra ſervantur, cum illorum loco onera intoleranda imponuntur; Neque, qui prioribus illis Ordinis Magiſtris et fratribus tantum diſſimiles erant, poſtulare aut exſpectare poterant, ut, propter iſtorum merita, ipſorum rabiem et tyrannidem PRVSSIA perferret.

Huius igitur odio, cum, legitimum quaeſitura imperium, ad TE, o D. CASIMIRE, adiret, quam benigne a TE ſuſcepta eſt! quam benivolum in TE invenit ſalutis ſuae patronum! quam blandum in TE nacta eſt dominum! quam diligentem felicitatis ſuae ſortita eſt inſtauratorem! quam liberalem TE ſenſit benefactorem! Scilicet ſaepius ante iam audiverat REX optimus delatas ad ſe iuſtas Pruſſicorum civium querelas, intellexerat quam inique a dominis ſuis tractarentur, miſeratus illorum fortunam conditionemque fuerat, lubenter operam ſuam illis commodaturus, ſi Ordo ipſum, quod poſtulabant Pruſſici cives, de rebus, quae inter ipſos et Ordinem in controverſiam vocabantur, honorarium arbitrum ſumi voluiſſet.

 Me-

k) GOLDASTVS *praefat. Tom. III. Receſſ. Conſtit. Ordo Teutonicus aeternus indubie futurus in Boruſſia, ſi tueri, quam offendere, et paganos quam chriſtianos oppugnare, maluiſſet.*

Meminerat, quam molesti Poloniae saepius fuissent isti equites, bellis repetitis eam infestantes, quam lubrica et fluxa fide fuissent erga ipsius antecessores, l) neque ipsi solum, sed dudum etiam ante Poloniae Regibus, ne iam de aliis exteris principibus et ipso Rom. Imperatore dicam, invisa fuerat ista tam insolentium dominorum potentia, dudumque in votis habuerant, ut obtingeret occasio, qua tam inquietorum vicinorum metu liberarentur. Obtingere ea videbatur VLADISLAO IAGELLONI, qui, cum famoso illo ingenti acerrimoque praelio, ad Tannenbergam commisso, Crucigeros ad interne-

cio-

---

l) Patet hoc ex crebris induciarum pactionibus, quas Crucigeri cum Polonis inierunt, velut anno 1330 (Dlvgossvs *hist. Polon. lib. IX, pag.* 1002. *edit. Lips.*), a. 1332 (id. *ibid.* p. 1024.), a. 1334 (*ibid. p.* 1030.), a. 1409 (*lib. X, pag.* 200.), a. 1414 (*lib. XI,* p. 358.), a. 1416 (*lib. eod. p.* 375), a. 1419 (*eod. p.* 403), a. 1433 ad XII annos (*eod. p.* 642 *sq.*), a. 1434. (*ibid.* p. 674); tum etiam ex repetitis tam saepe pactis, quibus de pace habenda constituendaque inter eosdem convenit, ut anno 1335 (Dlvgoss. *lib. IX,* p. 1083.), a. 1343 (*ibid.* p. 1066), a. 1404 (*lib. X, p.* 178 *sq.*), 1411 quo *perpetuae*, ut vocabatur, *pacis* foedus pangebatur (*lib. XI,* p. 308), a. 1422 (*eod.* p. 464 sq.), a. 1435 (*lib. XII,* p. 686 sqq.), a. 1452 (*lib XIII, p.* 92). Continuis illis Crucigerorum vexationibus Wladislaus, dux Dobrzinensis, iam anno 1323 eo compulsus fuerat, ut, veritus ne terra ipsa in illorum venire cogeretur ditionem, patruo suo Wladislao Loctico, Poloniae regi, eam donaret, aliud sibi ab eo dominium petens, ubi honestum statum ducere posset, quod narrat Dlvgossvs *lib.* IX, *pag.* 987. Quin et ante iam de infinitis Crucigerorum iniuriis tot tantaeque ad Pontifices Rom. querelae delatae fuerant, ut Clemens V anno 1311 in eas inquiri iuberet (id. *l.c. p.* 945.), illiusque successor Iohannes XXII, anno 1321, Crucigeros per iudices delegatos excommunicationis poena afficeret, et interdicto, ut vocatur, ecclesiastico subiiceret (Id. ibid. p. 980.). Nec falso argui videbantur, totius regni Poloniae imperium affectare, aut saltem illud, ne alicui usui foret, delere (Id. *ibid. p.* 1011). Acerbas Wladislai Iagellonis de illorum iniuriis querelas, publicis literis prolatas, vide apud eundem Dlvgoss. *lib. X, p.* 200 *sqq.*

cionem cecidiſſet, eorumque opes penitus fregiſſet ac proſtraviſſet, cumque omnia tanto terrore impleviſſet, ut magna harum terrarum pars in eius poteſtatem veniret, plurimaque caſtra, oppida et urbes, ac in his etiam noſtra haec, tantis opibus reſiſtere haud valentes, neque auxilii a ſuis ullius copiam habentes, ei ſe dederent, m) eam ſpem animo concipiebat, fore, ut etiam reliqua pars in ditionem imperiumque ipſius concederet. Iſtam igitur ſpem animo fovens, tum eos, qui ſe iam ipſi dedidiſſent, confirmaturus, tum reliquos invitaturus, edicto in caſtris ad Mariaeburgum praeconis voce publicato, tum literis per omnem PRVSSIAM dimiſſis, n) ſponte ſua liberaliſſime, iuris iurandi fide interpoſita, iurium, privilegiorum, libertatum immunitatumque omnium conſervationem confirmationem atque inſtaurationem; tributorum, vectigalium aliorumque eius generis onerum ſublationem, bonorum naufragio amiſſorum liberam dominis ſuis vindicationem, rerum ad univer-



m) Quam fervide et acriter tum Civitati in primis Thorunenſi inſtiterit Wladislaus, patebit ex literis crebris intra paucos dies ad eam miſſis, quas, una cum iis, quibus ipſa Regi reſpondit, ex autographis dabimus in appendice docum. num. XII. ſqq. Conf. huc *Preuſſiſche Lieferung part. I, pag.* 106, ubi exhibentur literae eiusdem regis die S. Iacobi ſ. 25. Iulii ad univerſos Pruſſiae incolas datae.

n) Datae fuerunt in arce Stumenſi, a. 1410, d. 1. Septembr. exhibentur *in Preuſſ. Sammlung To. I. pag. 236. ſqq.*

ſam PRVSSIAM pertinentium peculiarem curationem, finium tuitionem, iuris diverſi in diverſis civitatibus, ſeu Magdeburgici, ſeu Lubecenſis, ſeu Culmenſis, ſeu alius, confirmationem, monetae cudendae concedendam poteſtatem, mercaturae per omnes Polonici regni regiones exercendae facultatem, aliaque commoda pollicebatur atque offerebat. Sed iſtam quidem tantam ſpem tum eventus deſtituit, cumque Rex ab oppugnanda arce Mariaeburgenſi deſiſteret, factum eſt, ut univerſam Pruſſiam Ordo, partim vi, partim voluntaria deditione, reciperet. Nempe proſpiciens ſaluti et libertati PRVSSIAE, ſumma rerum omnium gubernatrix, divina providentia noluit, ita PRVSSIAM ad POLONIAE regnum accedere, ut bello ſubacta et Polonis ſubiecta dici poſſet, ſolliciteque cavit, ne quis unquam exiſteret, qui PRVSSOS bello captos dicere poſſet, aut illorum peculiaria iura in dubium vocare, aut iactare, eos precario illa obtinuiſſe, tantumque illa valere, quantum victoribus collibuiſſet. Fruſtra igitur erant tum tanta illa WLADISLAI molimina, atque ita divino numine res regebantur, ut CASIMIRO obtingeret, quod multo erat glorioſius, ut

nem-

nempe libera et ſpontanea deditione ipſum ſibi PRVSSIA dominum deligeret, PRVSSIA autem hoc haberet commodi, ut tanto exciperetur honorificentius, et, pacto mutuo intercedente, tanto firmius contra aliorum labefactationes iurium et libertatum ſuarum nanciſceretur fundamentum, ubi par eſſet utriusque partis obligatio, tam PRVSSIAE accedentis, quam REGIS, eam ſuſcipientis. Cum ergo, deiecto impotentis priorum dominorum dominationis iugo, ad SERENISSIMVM AVGVSTISSIMVMQVE CASIMIRVM PRVSSIA adiret, eique terrarum ſuarum regimen et imperium offerret, auxiliumque et tutelam eius peteret, ac ſimul proponeret, quibus conditionibus eam deditionem fieri vellet: perpendens animo ſapientiſſimus REX, non ſine numine eas res geri; aeſtimans, quam infinita regno ſuo commoda obtingerent hac PRVSSIAE acceſſione, dum opportuna nunc ipſi obveniret occaſio, ultra ſaeculum Poloniae fruſtra optata, nec facile unquam in poſterum exſpectanda, qua tanto tot vexationum periculorumque a vicinis metu Polonia liberaretur, qua partim reciperentur, quae olim abſtracta eſſe credebantur; reputans ſecum, quam contra periculo-

ſum eſſet, ſi in alterius cuiuscunque principis ditionem PRVSSIA concederet, unde eadem, quae ante, aut maiora forte mala Poloniae enaſci poſſent; cogitans porro, quam glorioſum ſibi eſſet, SE REGE, regium imperium in novas terras proferri eiusque maieſtatem amplificari; intelligens praeterea, quam aequa et iuſta ſibi paciſcerentur PRVSSI, quippe qui nihil fere novi peterent praeter ea, quae ſponte olim illis, quantumvis tum victor, offerenda duxiſſet ipſius parens WLADISLAVS; ea igitur omnia momentis ſuis ponderans animoque comprehendens, tanto lubentius tantoque benignius PRVSSIAM ſuſcipiebat, tanto etiam promtius ac liberalius, quae ſibi illa paciſcebatur, tribuebat ac pollicebatur. Quod adeo primum ac princeps erat, ut ſalva et illaeſa ſibi haberet iura et libertates, quas olim obtinuiſſet, benigniſſime hoc ei dedit, his ea confirmans verbis, qui enim commodius poſſim regii favoris documenta exponere, quam ipſis verbis regiis, e privilegii tabula mutuatis? „Promittimus „pro Nobis Haeredibus et Succeſſoribus no„ſtris, quod Praelatos ſpirituales et ſaecula„res, ac ſacras aedes et eccleſias, Barones, „Nobiles et Cives atque ſingulos incolas ter-

„ra-

„rarum noſtrarum PRVSSIAE in iuribus, liber-
„tatibus, literis, privilegiis, immunitatibus eo-
„rum, quae a principibus ſpiritualibus et ſae-
„cularibus, regibus et dominis terrarum prae-
„dictarum obtinent, conſervabimus, fove-
„bimus, defendemus, nec unquam ea viola-
„bimus aut praevaricabimur, aut violari vel
„praevaricari quomodolibet permittemus.„
Intelligitis, AVDITORES, quam provide et ſapienter fundamenta futurae PRVSSORVM ſalutis et libertatis iecerit REX optimus, quamque benigne ſecuritati eorum proſpectum cupiverit, dum, cum optime noſſet, eam ipſam ob cauſam PRVSSIAM priores dominos ſuos reieciſſe, quod ſua ipſi iura ſervare noluiſſent, illa integra et inviolata perpetuo permanere iuſſit. Cumque ipſa SERENISSIMA POLONORVM RESPVBLICA Incorporationis iſtud, ut vocant, privilegium pro baſi et fundamento unionis, qua PRVSSIA POLONIAE ſe iunxit, agnoverit, intelligitis, quantum apud IPSAM haec ſponſio regia momentum habere etiamnum debeat, ad agnoſcenda peculiaria et diverſa PRVSSIAE iura; quae ſi ſalva et illaeſa ad omnem futuram aetatem fore pro Se et Succeſſoribus ſuis promiſit D. CASIMIRVS, ut diſerte EVM promiſiſſe

audiviſtis: evidentiſſime apparet, ILLVM, SVO et omnium SERENISSIMORVM SVCCESSORVM nomine, non voluiſſe PRVSSOS Regni Polonici Conſtitutionibus ſubiici, illiusque legibus et iuribus obligari ac teneri, ſed ſuis iuribus et legibus vivere. Quod ut eo certius eſſet, atque eo ſecurior ab omni metu violationis PRVSSIA redderetur, audite, quam novam ſponſionem adiecerit D. CASIMIRVS: „Item „omnes cauſas notabiles, dictas terras con-„cernentes, cum communi Conſiliariorum „ſpiritualium et ſaecularium, Nobilium et „Civitatum Maiorum conſilio (non inquit „Regni Poloniae, ſed) Terrarum praedicta-„rum, terminabimus, tractabimus et diffi-„niemus.„ Intelligitis, AVDITORES, quam firmo et inconcuſſo fundamento nitatur PRVSSORVM ille canon, DE NOBIS ET IN NOS NIHIL SINE NOBIS, o) videtis, quam ſummo iure PRVSSIAE Ordines dudum profeſſi ſint et, iſtis maiorum ſuorum veſtigiis inſiſtentes, adhuc dum tueantur, de rebus PRVSSIAE cum nemine ſibi negotium eſſe niſi cum SOLO IPSO REGE, multo magis cum de ipſis privilegiis ſuis agatur, cum nemine alio quam cum eodem IPSO REGE ſibi agendum eſſe, ut adeo, ſi

o) Hunc egregie expoſitum vide in Magnifici et Conſultiſſimi LENGNICHII *Bibliotheca Polon. Part. X. pag.* 335 *ſqq.*

ſi qui extra Pruſſiam negotiis Pruſſicis ſeſe immiſcere, aut iurium adeo et privilegiorum illius cognitionem et cenſuram ſibi arrogare ſuſtineant, ea ſibi manifeſto arrogent, quae SOLIVS REGIAE MAIESTATIS ſunt, atque adeo in ipſa maieſtatica iura et praerogativas iniurii eſſe et violenter involare cenſendi ſint. His igitur ſponſionibus et pactis regiis cum ſumma ſalutis ac libertatis PRVSSIAE contineatur, intelligitis, AVDITORES, quantum gratiarum D. CASIMIRO etiam poſt fata PRVSSIA debeat, quam etiam ſummo iure PRVSSI omni tempore vigilaverint, laboraverint, pugnaverint, ne qua ratione pupilla haec laederetur, hoc palladium ipſis eriperetur. p) Iam quid ulterius patrocinii et tu-



p) Nimirum cum olim iam ea incidiſſent tempora, quibus hoc tentabatur, ut haec unio et ad Regnum Polonorum acceſſio in praeiudicium Pruſſorum traheretur, Pruſſique cum diſpendio propriarum legum et immunitatum, variis interpretationibus labefactatarum, Regni ſtatutis ſubiicerentur, Ordines et Status dictarum Terrarum in Conventu ſuo ordinario Mariaeburgenſi anno 1551 aperte declararunt: *Se praeter REGEM nullum alium agnoſcere Superiorem, EIque SOLI competere Privilegia et iura Pruſſiae, Maiorum ſanguine parta, ſi id neceſſitas exegerit, interpretari.* Deinde ubi nihilo minus propior Poloniae et Pruſſiae Vnio urgebatur, iidem Status et Ordines anno 1562 in Conventu Grudentinenſi Sereniſſimo Regi reſponderunt: *Si per unionem hanc intelligeretur, ut Status et Ordines Pruſſiae eiusdem corporis (nimirum Regni) membra eſſent, ſe utique hoc eſſe fateri, neque aliud Caput in Terris ſuis agnoſcere, quam Sereniſſimum Regem, atque ab Illo, Regnique corpore, ſe avelli nunquam paſſuros: Si vero hoc ipſo contenderetur, ut non eo iure viverent in Terris S. R. Maieſtatis, quo ſponte ſua Maiores ſui in poteſtatem D. CASIMIRI conceſſerant, hanc poſtulationem minime aequam eſſe, neque Pruſſos, cum diſpendio propriorum iurium, ad acceptationem Statutorum Regni obligari poſſe.* Denique iidem Status et Ordines in tribus ſcriptis, HENRICO Regi circa eius coronationem anno 1574 inſinuatis, omnibus Ordinibus Regni praeſentibus, atque adeo in publica luce, declararunt, *ſe ad inclytum Polonorum Regnum deliberato animo, libera deditione ſuaque ſponte, nulla vi,*

tutelae ab IPSO exſpectare PRVSSIA deberet, ita declaravit benigniſſimus CASIMIRVS: „promittimus, quod praedictas terras et do- „minia, atque Praelatos ſpirituales et ſaecu- „lares,

---

*nullisque armis aut externo metu coactos, acceſſiſſe, certis interpoſitis pactis et conditionibus, ita ut Regno quidem Poloniae incorporati et uniti eſſent, peculiarem tamen et ſeparatam Rempublicam haberent, ſuisque iuribus et conſuetudinibus, cum quibus ad Polonorum Regnum acceſſerant, libere et ſine alicuius impedimento uterentur, ſiquidem illos Pruſſos a Republica Polona lingua diſcrevit, ſeiunxerunt mores, tum iura, conſuetudines et multa alia, quae Pruſſis cum gente Polona nec ſunt nec fuere communia.* Quae Pruſſorum adeo maſcula oppoſitio eum tandem ſortita eſt effectum, ut, quamvis iniuria temporum poſterorumque incuria nonnulli patrii ritus in deſuetudinem abierint, praeque caeteris Equeſtris Ordo ſe Polonorum moribus aliquantum accommodaverit, attamen etiam nunc temporis ſuperſint quam plurima momenta, prouti Ius Indigenatus, Ius iurandum quod ſoli Regi praeſtatur, expeditiones bellicae, modus ſciſcendarum contributionum, aliaque paſſim, quae manifeſtum inter Poloniam et Pruſſiam arguunt diſcrimen, huiusque ſeparata iura ſatis ſuperque docent, ita plane, ut Pruſſi ratione horum ſeparatorum iurium, neque Conſtitutionum Regni, ſi illis praeiudicioſae fuerint, agnoſcant auctoritatem, teſtantibus innumeris Laudis manifeſtationum et proteſtationum contra praeiudicioſas Conſtitutiones. Conf. omnino GRATIANI SEVERINI LIPINSKI *Epiſtola ad Vincentium Conſtant. Starodobrski, exhibens Sicilimenta quaedam in Celſiſſimi olim Principis etc. Andr. Chryſoſt. in Zaluskie Zaluski Epiſtolarum hiſtorico-familiarium loca nonnulla* pag. 49 - 68. ubi propoſitio haec: *Conſtitutiones Regni Pruſſos minime obligant, niſi ab iisdem unanimiter in Conventibus Terrarum Pruſſiae generalibus receptae ſint*, egregie et luculentiſſime ex Actis publicis deducta legitur. Neque ipſa inclyta Polonorum Respublica ſpecialia iura Pruſſiae unquam in dubium vocavit, ſed potius, ubi in Conſtitutionibus e. gr. de anno 1638 *cło Morskie* aliquid ſancitum fuit, quod praeiudicium Terris Pruſſiae damnoſum continere videretur, deliberato conſilio clauſulam adiici fecit: *Salvis iuribus Terrarum Pruſſiae.* Quippe quae peculiaria Pruſſiae iura adeo notoria erant extraque omnem conteſtationem poſita, ut clariſſimi Polonorum hiſtorici illa citra ullam reſtrictionem in ſcriptis ſuis, typis vulgatis, diſerte aſſeruerint, poſterorumque memoriae prodiderint. Sic enim ORICHOVIVS in Annalibus ſuis ad ann. 1549, *To. II. Operum Dlugoſſi edit. Lipſienſ. pag.* 1494 *ſq.* Tarnovium, Caſtellanum Cracovienſem, ita diſſerentem inducit: *Libera Lituania eſt, habet ſuas leges Pruſſia, Zatoria etiam iure et more vivit ſuo. Quae gentes cum imperiis et magiſtratibus et a nobis et inter ſe diſtinguantur, ac ita iuratum, ut et nos, ad ſuas leges Auguſtum Regem habeant, non poſſunt ad id inviti cogi, ut depoſitis patriis moribus ac legibus ad noſtras leges moresque ſe redigant.* Similiter CROMERVS, Senatorius ſcriptor, etſi Pruſſis alias haud aequus fuerit, tamen in ſua deſcriptione Poloniae *pag.* 524, *a. fin. b. init. edit. Operum Cromeri Colonienſ. a.* 1589. *fol.* expreſſis verbis fatetur: *Pruſſia Regia, quamvis eodem cum Polonis regno contineatur, tamen peculiare conſilium publicum, peculiares leges, peculiaria iudicia et comitia, aerariumque et belli gerendi rationem a reliqua Polonia diverſam habet antiquitus.* et pag. 525 a. *Regiam appellamus (Pruſſiam), quae REGI Polonorum IMMEDIATE ſubiecta eſt.*

„lares, Barones, Milites, Nobiles, Cives, „Oppidanos, et cuiuscunque conditionis, „ſtatus et praeeminentiae homines exiſtant, „hactenus in illis commorantes, et in po„ſterum commoraturos, favore, gratia, be„nivolentia et affectione regali proſequemur, „et contra quascunque adverſitates, impu„gnationes quorumcunque hominum, illis „praeſtabimus, velut fidelibus et ſubditis „noſtris, regalem aſſiſtentiam et defenſam.„ Quam porro honoratos eſſe PRVSSOS vellet, his ſignificavit: „ad uſum et participatio„nem omnium honorum, iurium, liberta„tum et praerogativarum, quibus Praelati, „Barones et Nobiles Regni Poloniae hacte„nus potiti ſunt, et ſignanter ad futurorum „Regum Poloniae, quotiescunque ſuper ele„ctione et coronatione illorum fieri delibe„rationem contingat, electionem et corona„tionem admittimus, annectimus et includi„mus.„ Cum oneroſiſſimis antea tributis ab avaris dominis, contra immunitates olim conceſſas, preſſa fuiſſet PRVSSIA, ſuo ſub imperio recreari eam voluit, et nobile illud palladium immunitatis a vectigalibus liberaliſſime ipſi reſtituit, his propenſam voluntatem ſuam declarans verbis: „Vt noſtrae liberalitatis

„aequitatis et iuſtitiae dextram, his ſubiectio-
„nis eorum et noſtrae acceptationis felicibus
„dante Domino primitiis, ſentiant in univer-
„ſos et quemlibet eorum effuſam, et in mu-
„tatione principum commutatam etiam et
„ſublatam deprehendant oppreſſionem, da-
„ciam quae in vulgari Pfundzoll dicitur, item
„alia omnia telonea in aquis et terra, nova
„aut antiqua obſervantia, in terris duntaxat
„praedictis Pruſſiae quomodolibet conſtitu-
„ta; item in terra Pomeraniae exactionem
„ſive daciam, quae Porcus, alias Narzaſz,
„veteri inſtitutione Ducum Poloniae voca-
„batur, Regia munificentia tollimus, abro-
„gamus, deponimus, ac ſolutionem illarum
„perpetuis temporibus reſolvimus, dimitti-
„mus et relaxamus, nullo unquam tempore
„per Nos aut Succeſſores noſtros, Poloniae
„Reges, ex quacunque cauſa aut occaſione
„inſtituendam aut imponendam.„ Cum ea
fuiſſet Ordinis Teutonici inhumanitas, ut
eorum, qui naufragium in mari feciſſent,
merces et bona omnia, velut ex naufragio
ſui iuris facta, occuparet, IPSE, religioſa pie-
tate ductus, ſortem huiusmodi naturali et di-
vino iure damnatam, velut crudelem et in-
iuſtam exſecratus, infelicibus iſtis, miſera-
tione

tione magis quam nova afflictione dignis, ſua omnia absque diminutione relinquenda decrevit. Iam porro ut regiis auſpiciis recte quovis tempore curari res PRVSSIAE poſſent, rerum autem ad PRVSSIAE iura et commoda pertinentium ſcientia accurata et promtum ad illa tuenda ſtudium cum vix exſpectari ab extraneis poſſit, nemini niſi proprio indigenae ad dignitates et officia, caſtra et tenutas, aditum ſe permiſſurum, pollicitus eſt. Nondum dixi omnia, ſed ſatis, credo, ex his intelligitis, AVDITORES, quo ſavore et benivolentia PRVSSIAM amplexus ſit D. CASIMIRVS, quam omni parte commodis illius conſultum voluerit, quam egregie felicitatem illius inſtauraverit. O felicem adeo hoc novo ſuo domino PRVSSIAM! qui in ſaſcibus principum iſta ex aliis cenſebat pulcherrima venuſtiſſimaque ornamenta (utor ipſius verbis) profectibus ſubditorum ſuorum intendere, et heroice illis porrigere ac exhibere officia, qui imperii ſui ſplendorem in eo ponebat, ſi cuſtodiretur ſalus civium, firmiſſimum throni ſui ſtabilimentum et praeſidium iudicabat civium amorem, regiis beneficiis conciliatum, eas veras regni divitias cenſebat, ſi civium res

ornarentur et locupletarentur; dignissimus adeo, cuius imperium nova terrarum Prussicarum accessione amplificaretur. Quid de eo dicam, quantum in ea deinde tuenda impenderit, ita ut ipsum sacrum caput suum extremis obiicere periculis non dubitaverit?

At peculiariter etiam quam insignia obtinuit regiae benivolentiae documenta THORVNENSIS Civitas! cuius Civitatis cum in illis rebus gestis, quae exitum hunc habuissent, ut ad IPSVM PRVSSIA accederet, praecipuas partes fuisse bene nosset REX optimus, statim etiam illo ipso die, quo universam PRVSSIAM primo illo privilegio ornavit, specialiter illius rationem habuit benignissimus novi populi sui pater, dato privilegio huius argumenti: „Civitatum terrarum no„strarum PRVSSIAE, et signanter THORVNEN„SIS, volentes conditionem et statum sub no„stro regimine dante Domino efficere me„liorem, civitatem nostram Nieschowam, „quae Civitati Thorunensi sua confrontatio„ne et vicinio desolationem et iacturam pa„rabat, intra hinc et trium annorum decur„sum summovendam tollendamque promit„timus.„ Quod oppidum deinde, alium in locum translatum, cum navigatione sua detri-

trimentum afferre intelligeretur commodis Thorunensis Civitatis, huius incrementis consulturus, oppidanorum istorum navigandi facultatem eo restrinxit REX, ut naves eorum frumentarias unice ad Thorunium consistere, ibidemque, nec alibi, frumenta allata vendi iuberet, atque etiam villarum per Cuiaviam scultetis, ne frumentariam mercaturam facerent, interdixit. Iam exorto bello, Crucigeris pro recuperanda PRVSSIA tantum non Acheronta moventibus, cum bene sentiret REX, quantum ad tuendam retinendamque IPSI PRVSSIAM in Civitatibus maioribus inprimis momentum positum esset, videns, quam enixe illae operam darent, ut, quae sua ex parte REGI promisissent, implerent, quam indefessis studiis pro IPSO laborarent ac pugnarent, quam nec sumtibus nec sanguini suorum parcerent; cum praesertim post infaustum illud ad Coniciam praelium parum absfuisset, quin de PRVSSIA actum esset, quin tota in Ordinis redire potestatem cogeretur, nisi collecta per universam PRVSSIAM pecunia arces munitissimae Mariaeburgensis, Dirschaviensis, Eylaviensis a mercenariis Ordinis militibus Bohemis redemtae fuissent; cum porro sequenti statim anno

Sambia, Nadravia, Slavonia et Natangiae pars a Crucigeris recuperarentur; intelligens tum maxime REX, in Civitatum maiorum fideli ope maximam ſibi ſpem reponendam eſſe, comperta in dies magis illarum conſtantia, tanto etiam magis animo commovebatur ad benivolentiam illis, quibus rebus poſſet, praeſtandam. Ac THORVNENSI quidem civitati, cum illa, uti prima IPSI fidem ſuam iure iurando addixerat, ita etiam, in edendis fidei ſuae documentis ne ulli ſecunda eſſet, ſumma ope niteretur, benivolentiam iſtam non epiſtolis tantum ſubinde declaravit, et optima quaeque pollicitus eſt, q) ſed etiam re ipſa, privilegiis et beneficiis impertitis, praeſtitit. Igitur incrementis eius, e mercatura inprimis exercenda capiendis, proſpecturus, anno iſtius ſaeculi LVII, ut exteri

q) Documento eſſe poſſunt literae Caſimiri ad Civitatem Thorunenſem anno 1456 ſcriptae, quarum initio poſtquam ſcriptum fuerat ſibi in Lithuaniam proficiſcendum fuiſſe, haec deinde ſubiunguntur, quae ex autographo deſcripta exhibeo: Ouch hoffin wir zcu Gote, vnd doran nichtin czweyweln, das wir die ſachin gutlichin zcu eynem wunſten ende vortragen werden, vnd als balde an ſewmen, ſo wir die geſchefſte, die wir nw haben zcu eynir ordnunge vnd gelegenheit gebrengen, ee beſſer vnd kurczlich, habin wir vorgenomen, vns yn die Lande Prewſſen an ſewmen ſtrags zcu fugen, euch vnd andirn vnſern liebin getrewn zcu hulffe rettunge vnd troſtunge Dorumb liebin getrewn wir vormanen euch vnd beten, das ir doruch vnſir korcz abeweſen nichten czweywelhafftig ſeit, wenne in korcz mit Gotis hulffe bey euch ſeyn wellen vnd alſo bey euch faren czw ewigen czeyten als eyme guttiger Herre bey ſeynen getrewn lewtten faren vnd thuen ſall. Ouch legen wir keyn czweywel czw euch nicht, wenne das ir alſo bey vns faren werdeth, als gute getrewe vnd erliche lewte angehoert. wir ſetzen ouch vnnſir hoffenunge zcu Gote, das die tage in korczir czeith geſtillit vnd gerugeth werden So wir denne ouch euch alſo bedenken wellen, das ir vnd ewer

teri mercatores, e Silesia praecipue, Hungaria et Bohemia negotiandi causa Prussiam petentes, non aliorsum, nisi THORVNIVM, cuiusvis generis merces suas adveherent, atque hic unice vendendas exponerent, nec per quascumque ambages, urbem nostram praetereuntes, ulterius pergerent, severe iussit, idemque postea repetito mandato praecepit. Quin eodem die aliis duobus egregiis privilegiis eandem ornavit, quorum altero plurium vicorum, praediorum, villarum, agrorum, quae omnia etiamnum ditione sua tenet, cum fructibus omnibus, cum omnibus item, quae vocantur, iuribus regalibus et maiestaticis, quietam et aeternam possessionem stabilivit; peculiariter etiam reliqua omnia eius iura, libertates et immunitates, nec minus consuetudines receptas, confirmavit, ac, ne vel a Successorum quoquam, vel alio quocunque, violarentur, diligentissime cavit; dignitati item eius consulturus,



Nochkomlinge vnd zcu ewigen czeiten danken sulleth. Ouch in wilchin sachin die den freden antreten euch also beweysen werdeth als wir nichtn czweywelln vnd als ir begereth zcu eynem gutten vnde seligen eende die zcuvolfuren Gegeben zcu Gauen am montage noch Martini rc lvjto Jore Nec alterius epistolae partem postremam hic adiectam legisse poenitebit, quae haec est: *Eam enim constanciam probitatem summasque invigilancias ad res premissas vos exhibere, quoad vixerimus vobis et vestris volumus reminisci omni bono, hortantes et requirentes fidelitates vestras, ut prout cepistis tam vigili cura in ceptis negociis non deficere sed ea tanto magis ad optata desideria conducere studeatis. Dat. Vilne die Dnica Oculi mei, Anno Dni millesimo CCCCo Lmo octavo.*

Praefectum regium ſeu Burggravium non niſi ex Senatu Civitatis deligendum, conſtituit; altero autem privilegio aureae argenteaeque monetae cudendae ius tribuit atque conceſſit. Eodem pariter anno, quantum honori Civitatis noſtrae faveret, novo et ad omnem aetatem illuſtri documento declaravit. Cum nimirum Culmenſis civitas perfide a rege defeciſſet, Ordinisque militibus occupandam urbem permiſiſſet, ademtum ei ius, quod Ordinis Teutonici beneficio habuerat, ut Metropolis PRVSSIAE eſſet, THORVNÈNSI civitati attribuit, eamque inter PRVSSIAE civitates ordine ac dignitate primam et principem eſſe iuſſit. Magiſtratus porro auctoritas ne temere provocationibus civium detrimentum pateretur, dato anno LXXII privilegio de non interponendis appellationibus poſt curiam, ut eſt ſolennis formula, praeſertim in cauſis debitorum, cavit, tum eodem quoque anno nundinarum plurium habendarum liberam facultatem conceſſit. Novos poſtea liberalitatis regiae fructus attulit annus LXXVIII, quo tota urbs et arx Swecenſis ſoli civitati THORVNENSI omni ditione poſſidenda permiſſa eſt, tum molendini ad fullonum uſus in vico Leibitſch exſtruendi facultas data.

Tam

Tam igitur benigno et benefico per duodequadraginta annos fruebatur PRVSSIA domino ac rege; cuius etiam ſingularia in regnum et terras, ditioni ipſius ſubiectas, merita hoc ſingulari praemio affecit DEVS, ut e filiis ſuis unum Bohemiae Hungariaeque ſceptra obtinere vivus IPSE videret, tres alios in Poloniae regno ſibi deinceps Succeſſores haberet. Quorum, ut et reliquorum ad noſtram usque aetatem in univerſam PRVSSIAM merita ſi exponere ſuſciperem, campum ingreſſurus eſſem, non unius diei, nedum horae, ſermone emetiendum; quare ea tantummodo breviter hic referri ſatius erit, quae ſpecialiter ad THORVNENSEM civitatem pertinent. Huic igitur IO. ALBERTVS, qui primus patri ſucceſſit, hoc tribuit, ut pontis in Viſtula flumine conſtruendi poteſtatem permitteret, dato anno XCVI privilegio, in quo ſimul iurisdictio et regimen pontis ab una ripa fluvii ad alteram, hac quoque incluſa, conceditur, item facultas datur incidendi ligna ex Capitaneatus Neſſavienſis ſilvis ad uſum pontis toties, quoties opportunum fuerit; cuius beneficii fructus perceptura civitas cum pontem conſtrui curaſſet, hoc ſibi luctuoſiſſimum accidere vidit, ut prima, quae ſuper confectum pontem

transportaretur, ſarcina eſſet REGIS apud ſe demortui corpus. ALEXANDER deinde, alter CASIMIRI Succeſſor, Nobiliſſimum Civitatis noſtrae Magiſtratum honorare cupiens, ei anno MDV ius patronatus in templo parochiali S. Iohannis baptiſtae cum ipſis Regibus alternatis vicibus exercendum conceſſit, quod ut intelligi rectius poſſit, audiamus ipſa Regis verba: „Volumus, decernimus et ſtatuimus, ut, dum eccleſia ipſa vacaverit, toties Nos pro una, absque ipſis „Proconſulibus, et ſimiliter ipſi Proconſules „et Conſules, absque conſenſu noſtro, pro „ſua alternativa vicibus, perſonas ad dictam „eccleſiam loci Ordinario praeſentare debebunt et praeſtabunt.„ Sequenti etiam anno hoc ei honoris tribuit, ut rubrae cerae uſum in ſigillis civitatis imprimendis permitteret. Iam qui tertius patri ſucceſſit SIGISMVNDVS ut diutius, per duos nimirum et quadraginta annos ſceptrum tenuit, ita et plures civitati THORVNENSI occaſiones obvenerunt, quibus favorem et benignitatem Regis experiretur. Communiter ſibi et reliquis Pruſſiae Civitatibus ea tribui gaviſa eſt, quibus magiſtratuum auctoritas non parum incrementi cepit; primum, cum REX ipſe hic praeſens,

in

in comitiis hic anno MDXX celebratis, celebri illo ſtatuto Nobilium in recenti crimine captivandorum et capitali etiam ſupplicio afficiendorum poteſtatem illis conceſſit; deinde, cum anno iſtius ſaeculi XLII iudiciorum inſtantias, quas vocant, ita ordinavit, ut in Maioribus Pruſſiae Civitatibus res iudicandae primum deferantur ad Scabinorum collegium, ab hoc ad Civitatis Senatum et hinc ad nullum aliud niſi ad ſummum IPSIVS regium tribunal appellatio fiat. Peculiariter autem IPSA regiam benivolentiam ſibi praeſtari ſenſit, cum nobile illud ad mercaturae atque adeo totius civitatis florem palladium, ius depoſitorii, ut vocatur, acerrime ab aliis, atque etiam ab iis, a quibus minime hoc exſpectare THORVNIVM debuerat, impugnaretur; ubi, quantum faveret civitatis noſtrae commodis, ſignificavit anno MDXVIII REX optimus declaratione, de ſtratis non aliorſum quam THORVNIVM verſus inſtituendis; idemque civitatis noſtrae ius emporii quam omni parte integrum ſervari vellet, declaravit quatuor decretis aliis, quorum uno, anno XXXII, merces adverſo flumine advectas THORVNII ad vendendum deponi iuſſit; altero, anno XXXVII, et tertio, anno XLIII,

ne piſcium ſalitorum aliorumque cuiusvis generis ſalſamentorum, tum et ſalis transmarini praetervectione fraus illi ulla fieret, cavit, quarto autem, eodem quem poſtremo dixi anno, granaria in agris Dibovienſibus exſtrui vetuit. Quam benignum porro et liberalem ſe praeſtitit REX indulgentiſſimus impertito privilegio ratione pontis, quo etiam, ſi qui patrato facinore fuga elabi conarentur, illos per totum, quam longus eſt, pontem perſequendi poteſtatem plenam civitati dedit! Sed et illud hic praecipue praedicandum eſt, quod inteſtino malo, quo laborabat respublica noſtra, concitatis adverſus magiſtratum ſuum civium animis, ſalutarem medicinam adhibuit, decreto Cracoviae anno MDXXIII facto, praeſtantiſſimas ad ſalutem civitatis leges complexo, quod Reformationis titulo etiamnum celebratur, et inter praecipuas civitatis leges viget. Similia regiae benivolentiae documenta exhiberi ſibi gaviſa eſt civitas THORVNENSIS ſub felici SIGISMVNDI AVGVSTI imperio, quippe qui commodis eius proſpecturus, cum cives ipſius oppugnarentur ab ulterioris ripae accolis, ſi quando ad illam ripam traiicere et applicare ſeu fluminis ſeu tempeſta-

tis rationes ſeu aliae cauſae ſuaderent, ſevero mandato anno LII univerſis Palatinis, Caſtellanis, Capitaneis, praeſertim caſtri Dibovienſis iniunxit, ut cives Thorunenſes in libertate traiiciendi navigia ſua cum hominibus et aliis rebus ad quaevis ripae ulterioris loca, conſervent; deinde etiam depoſitorium, quod vocant, ad triduum mercium ex Regno in Pruſſiam et e Pruſſia in Regnum tendentium, tribuit; tum quoque alio mandato interdixit, ne quis, in detrimentum civitatis et molendinorum eiusdem, aquarum qualescunque, ac praecipue ex ſtagno Weſmer, alia in loca derivare, vel aquaeductus in molendina alia dirigere ſeu deflectere auderet, unde quaedam damna molendinis civitatis THORVNENSIS qualitercunque contingere poſſent. Quam luculento privilegio anno MDLV cavit, ne quid detrimenti Dibovienſium auſibus negotiis Thorunenſibus afferretur! quo ſimul ſtatuit, ne opificiorum exercitia Dibovienſibus incolis libera eſſent, neve ius civitatis illis in civitate THORVNENSI daretur. Taceo quam liberaliter anno LXV Magiſtratui ius caduci, ut vocant, poſt ſteriliter in civitate decedentes, cuiuscunque fuerint conditionis, permiſerit.

Vniverſam autem civitatem quanto beneficio affecit, cum, exortis denuo inter magiſtratum et cives diſſidiis, lites omnes per legatos anno LIII componi et concordiam reſtitui curavit, interpoſito decreto, quod ipſo amabili CONCORDIAE nomine hodienum celebratur! Iam porro quo favore civitatem noſtram amplexi ſint SERENISSIMI SVCCESSORES, cum, etiamſi breviſſime ſingula ſingulorum beneficia enarrem, tamen verendum ſit, ne inconcinno ſermone longius protracto VOBIS moleſtus ſim, AVDITORES, liceat ex plurimis pauca tantum afferre, ut et VESTRAE patientiae parcam, et tamen debitae pietatis ratio conſtet. Silentio igitur praetermitto iurium et privilegiorum, antea obtentorum, confirmationes, a ſingulis regibus in ipſo imperii aditu repetitas. Taceo magnas illas ſpes Pruſſiae civitatibus adventu HENRICI VALESII oſtenſas, cum in pactis conventis libera cum Galliae regno commercia promiſit, mox autem inopinato illius abitu interceptas. A STEPHANO BATHOREO ann. MDLXXVI Magiſtratus Nobiliſſimus auctoritatem et iurisdictionem ſuam egregie firmari et ſtabiliri vidit, cum is anno LXXII nobilem quendam, ob homicidium commiſſum, capitali

ſup-

ſupplicio affeciſſet, ab huius autem cognatis graviſſima ipſi lis inferretur; qua in cauſa REX ipſe hic praeſens, in comitiis Regni generalibus, recte a Magiſtratu iudicatum fuiſſe, adeoque ipſum ab omni impetitione liberum pronuntiavit; cui ſimile poſtea quoque a SIGISMVNDO III a. MDCXIX, et IOHANNE III a. MDCLXXXVII, obtinuit. Quid de eo dicam, quod commune ſibi Thorunenſis civitas cum reliquis PRVSSIAE civitatibus ab eodem REGE STEPHANO anno MDLXXXV tribui gaviſa eſt? cum nimirum Equeſtris Ordo, poſthabitis PRVSSICARVM terrarum iuribus, Polonorum ſe moribus propius accommodans, ad Petricovienſe Regni Tribunal iudicia de ſe habenda remitti poſtulaſſet; qua in re cum in Regni Comitiis teſtatae Civitates eſſent, fieri id contra iura, privilegia, libertates et conſuetudines harum Terrarum, priſtinisque ſuis iuribus, libertatibus et conſuetudinibus inſiſtere ipſas omnino velle: proſpecturus integritati iurium Pruſſicorum REX aequiſſimus declaravit, „ut Civitates, ut quae nullius alterius „quam Regiae Maieſtatis cognitioni ſubeſſe „vel poſſunt vel debent, in eo, quo ante „fuerunt, ſtatu permaneant.„ SIGISMVN-

DVS III porro, quam curae cordique habuerit, ne qua parte Magiſtratus noſtri Nobiliſſimi auctoritas minueretur aut detrimentum caperet, oſtendit decreto anno MDLXXXVIII facto, quo iuſſit, ut, quoties Officium Burggraviatus ob mortem, aegritudinem, abſentiam vel aliam ob cauſam, vacare vel exſpirare contigerit, prius quam a REGE alii conferri poſſit, ut quisque ſuperioribus annis ex ordine Officium hoc adminiſtrarit, ſic interim eo etiam fungatur, dum alius a REGE Burggravius creatus et confirmatus fuerit: tum magis etiam impertito a. MDXCVIII luculentiſſimo illo Iurisdictionis, ut vocatur, privilegio, quo, ne inquietorum hominum evocationibus variisque machinationibus et iurisdictio Magiſtratus et legitimus iuris ac iudiciorum curſus inhibeatur, nec Magiſtratus ipſe inanibus ſumtibus divexetur, neve ex Cancellaria regia edantur mandata, quibus legitimus iuris et inſtantiarum ordo, uſitatusque iudicii proceſſus, in quibuscunque cauſis et actionibus ad Civitatis iurisdictionem pertinentibus, ſuſpendatur, ne ſalvi conductus literae ad excludendas controverſias et actiones civiles dentur, ſeveriſſime praecepit; de Collegiorum porro Corporumque

Sta-

Statutis ex civitatis rationibus et communi utilitate ſtatuendi ius poteſtatemque integram Magiſtratui relinqui voluit; ac denique ne moratoriae, quas vocant, literae ulli, niſi qui de amiſſis adverſo caſu fortunis a Senatu teſtimonium habuerit, unquam dentur, cavit. Quod eximium prorſus privilegium, tantumque ad civitatis honorem et commodum faciens, a Glorioſiſſimis poſtea Succeſſoribus WLADISLAO IV, a. ſuperioris ſaeculi XXXV, IO. CASIMIRO, a. XLIX, IOHANNE III, a. XCVI denuo confirmatum, imo et amplificatum fuit; quippe D. IO. CASIMIRVS hoc adiecit, ut Civitati a quibusvis decretis et ſententiis Iudicii Aſſeſſorialis Regii ad Regia Relationum Iudicia, in quibusvis cauſis et actionibus, ſemper pateret atque admitteretur appellatio; tum quoque ne ullae cauſae civitatis ſeu privatorum illius civium, niſi quae ſummam quingentorum floren. Polon. excedant, ad Regia poſt Curiam Iudicia devolvantur ibique agitentur ac iudicentur. D. autem IOHANNES praeterea Burggravialem in primis auctoritatem adverſus avocationes cauſarum temerarias ita munivit, ut decerneret, ut ab eius Burggravii officio, ſeu ſolo, ſeu cum Magiſtratu coniuncto,

in cauſis criminum et facti apellatio non detur, ſed decreta eiusdem illico, ob publicam ſecuritatis rationem, pro re iudicata habeantur. Ad WLADISLAVM ut regrediar, praeter id, quod iam commemoravi benivolentiae eius documentum, illud quoque hic non praetereundum cenſeo, quod anno MDCXL, commodis civitatis quantum in ſe eſſet conſulturus, nundinarum aeſtivarum in commodius tempus transferendarum facultatem benigniſſime indulſit. Iam deinde ſub D. IO. CASIMIRI imperio quantum ſibi gaudium afferri ſenſit Civitas noſtra, poſt acerba quae ipſam fata oppreſſerant per triennium, quo ab extero rege occupata tenebatur, ita ut vi recuperanda eſſet legitimo domino; quo ipſo metuendum erat, ne is erga ipſam redditus eſſet inclementior; ſed quantum recreata eſt! cum a mitiſſimo aequiſſimoque Rege clementiae benignitatisque documentis pleniſſimum amneſtiae, ut vocant, diploma obtinuit, quo, omnium ante belli tempore actorum oblivione ſancita, iura civitatis omnia, privilegia, immunitates, iurisdictiones, conſuetudines, liberum omni parte religionis evangelicae exercitium, Conſiliariatum et conſuetum in Terrarum Pruſſiae

Con-

Conſilio ſeſſionis locum, Scabinatum in Palatinatu Culmenſi, et quae ſunt alia, illa ergo omnia ſalva et integra conſervaturum ſe promiſit indulgentiſſimus dominus, resque adeo civitatis omnes in priſtinum ſtatum reſtituit. Neque ſequentibus annis defuit Civitati noſtrae REX optimus, quo minus, cum ſe offerret occaſio, benivolentiam ſuam ei praeſtaret. Quare cum temporum iſtorum conditio exigere videretur, ut urbs regiorum militum praeſidio muniretur, ne id pro praeiudicio acciperetur iuribus Civitatis damnoſo, reverſalibus, ut vocantur, literis providentiſſime cavit. Quid? ut reliqua taceam, quid dicam, quanto beneficio exhilarata Civitas fuerit, cum, inteſtinis diſſidiis laborante re publica, commiſſo legatis ſuis rerum cognoſcendarum et diiudicandarum negotio, facto ab his probatoque ab IPSO decreto a. LXVIII, ita res omnes ordinavit, ut etiamnum ſalutaris medicinae iſtius fructus optatos civitas univerſa percipiat, decretumque iſtud inter leges civitatis publicas praecipuum ſanctiſſimumque habeatur. Iam de reliquorum SERENISS. SVCCESSORVM beneficiis et benivolentiae documentis; poſtquam ante iam quaedam dicta ſunt, unum hic adhuc

AVGVSTI II, glorioſiſſimae memoriae regis, ſileri non poteſt; qui, cum impugnaretur Civitatis noſtrae ius liberi traiectus in Viſtula flumine, quam diligenter iura Civitatis illaeſa ſervari vellet, anno huius ſaeculi XIII ita edicto teſtatus eſt: „Civitatem Thorunenſem „in protectionem noſtram regiam ſuſcipi„mus, eandemque - circa exercitium iuris „ſui liberi traiectus plenarie conſervatam eſſe „volumus, praeſentibusque conſervamus; „e contra vero Dibovienſibus uſurpationem „traiectus mercium, quoquo nomine vene„rint, interdicimus prohibemusque; omnino „volentes, quatenus praefatus Magiſtratus „Civitatis Noſtrae Thorunenſis, exemplo „maiorum ſuorum laudatiſſimo, ſe circa iu„ra acquiſita ſtrenue manuteneat, neque in „exercitio eorum ab ullo unquam ſe praepe„dire permittat; imo vero contra eiusmodi „turbatores legitima iuris remedia adhibeat.„ Intelligitis, AVDITORES, quam benignos felicitatis ſuae et commodorum patronos, tutores et amplificatores habuerit Civitas noſtra SERENISSIMOS AVGVSTISSIMOSQVE POLONIAE REGES, quamque merito illorum hodie ſanctiſſime memoriam recolat.

Sed ſupereſt unum adhuc beneficiorum genus, iuxta cum reliquis omnibus, quae maxima ſunt, maxime celebrandum ac praedicandum. Neque enim tantummodo civilia iura et libertates ſalvas nobis cuſtodiendas cenſuerunt benigniſſimi patriae patres, ſed Conſcientiarum quoque libertatem integram et permiſerunt et quovis tempore ſalvam illaeſamque permanere voluerunt. Inciderant in D. SIGISMVNDI AVGVSTI imperium ea tempora, quibus doctrina religionis chriſtianae ad ſolius verbi divini normam reformata et ex ſolis illius limpidiſſimis fontibus petita tradi et exponi coeperat. Ille igitur aequiſſimus princeps, cum intelligeret, eam per regni ſui regiones cupidiſſime recipi, ſentiretque eas res non ſine numine evenire: ſuam maieſtatem divinae ſubmittens, ſtatuensque, rigorem hac in parte non modo inutilem ſed etiam pernicioſum, nec chriſtiano principe dignum exiſtimans, ea in re, quam ſpontaneam DEVS ipſe voluit, vi graſſari velle; benigniſſime tum pluribus aliis PRVSSIAE civitatibus tum noſtrae etiam civitati indulſit conſcientiarum libertatem, verbo prius tantum, deinde etiam perſcripto a. MDLVIII privilegio. Cumque percepiſſet deinde REX optimus, Civitatem ab Ordinario loci cenſuris eccleſiaſticis

premi et turbari, declaraturus, quantum ipſe talia averſetur, ita graviſſime ad eum ſcripſit: „Mandamus omnino Sinceritati tuae, ut illos „ab eiusmodi cenſuris liberos praeſtet, neque „prohibeat illis, quo minus ſecundum con„ceſſionem noſtram liberi eiusmodi ritus ſint; „alioquin ſi quidquam detrimenti ex eo pu„blice terris illis illatum fuerit, non poſſumus „niſi culpa Sinceritatis tuae totum illud acci„diſſe interpretari.„ r) Sapientiſſimi Regis exemplum ſecuti ſunt, qui poſt Illum ad noſtram usque aetatem regnum ſuſceperunt, conceſſique ab Illo beneficii uſum et poſſeſſionem inturbatam nobis ſervari voluerunt. Quam pacatis temporibus gaviſa eſt res evange-

r) Quantum apud ipſos Catholicos laudis hac aequitate et moderatione ſua meruerit SIGISMVNDVS AVGVSTVS documento eſſe poſſunt quae ſcripſit SARNICIVS *Annal. lib. VII. c. XI. pag.* 1213. *To. II. Opp. Dlugoſſ. edit. Lipſ. In gubernatione reip. hic rex mira dexteritate uſus eſt, cuius rei multa documenta produci poſſent, idque in primis, quod ipſo regnante rarus fuit ex principibus chriſtianis, regibus et monarchis, qui fluctuante mundo ob controverſiam in negotio religionis chriſtianae aliquod naufragium non ſit paſſus. Carolus ipſe V imperator prudentiſſimus fuit, et tamen in Germania et Hiſpania multum vidit effuſum ſanguinis chriſtiani, ſi non ipſo imperante tamen certe connivente, ſic in Anglia quot quantaeque perſecutiones, in Galliis item quot quantaeque lanienae et bella parricidialia extiterunt! Solus* Sigismundus Auguſtus *inter chriſtianos principes ea in re palmam meruit. Nam, cum totus fere orbis chriſtianus, ut dictum eſt, furenter nomine religionis quateretur, ille tamen Poloniam et Lituaniam ſanguine civium foedari non eſt paſſus. Minabatur ille interdum, a legatis Pontificis exagitatus; ſed tamen interea inter alia Ducem Pruſſiae et urbes eius provinciae ex praeſcripto confeſſionis eorum vivere paſſus eſt. Quin et Polonis ſuis a Romana eccleſia deficientibus ea in re moleſtus non fuit, et non modo confeſſionem fidei ab eis exhibitam amanter manibus ſuis ſuſcepit, ſed etiam concionatores eorum interdum audivit et in aula ſervavit. Et profeſſus quidem eſt ille, ſe Romanae Eccleſiae obſequentem eſſe, tamen incentores ſacrorum bellorum, et praeſertim concionatores aſperius claſſicum canentes civiliaque bella cientes peius cane et angue odio habuit eosque ſaepe ſeveriter increpavit. Meminerat enim prudentiſſimus princeps maiorum ſuorum mores et inſtituta, qui malebant ſemper cum Tartaris experiri aleam cruentiſſimi belli, quam communem parentem patriam - civilibus et parricidialibus bellis implicare.*

gelica ſub STEPHANI imperio! cuius aequitatem in religionis negotio, ipſis factis praeſtitam, omni aevo memorabilem faciunt etiam ſapientiſſima eius dicta, cum Regem ſe eſſe dixit populorum non conſcientiarum, item: „Deum ſibi tria illa reſervaſſe, ex nihilo aliquid „facere, futura praeſcire, et conſcientiis do„minari;„ tum quoque aliquando cuidam, pro alio apud ipſum deprecanti, ita reſpondit: „ego nunquam perſecutione aut ſanguine re„ligionem propagandam eſſe cenſeo, et et„iamſi non iuraſſem, ipſa ratio, reipublicae „conſtitutio et exempla Gallica, me id lucu„lenter docerent. Quocirca non eſt, quod hic „ſcrupulus vobis a quoquam, ad turbandas ho„minum mentes, iniiciatur. Quod enim dixi„ſti, bene conſideramus, nunquam humanas „conſcientias cogi poſſe.„ Quam benignum ſe praeſtiterit D. SIGISMVNDVS III, non poenitebit ex ipſis privilegii ab eo a. MDLXXXVIII dati verbis cognoſcere, quae haec ſunt: „Li„teris hisce noſtris firmum et ſtabile eſſe ca„vemus, ut religionis Aug. Confeſſ. tam in civi„tate THORVNENSI, quam extra muros per ſub„urbia et villas in eius diſtrictu et iurisdictio„ne, templis, monaſteriis, xenodochiis, paci„fice et quiete libera profeſſio fiat, neve cui„quam religionis ergo moleſtia vel negotium

„exhibeatur, omnesque in libero uſu religio-„nis Aug. Conſ. nec non poſſeſſione templo-„rum, monaſteriorum, xenodochiorum us-„que hactenus habitorum atque tentorum „conſervabimus, ac contra quorumcunque „hominum impetitiones ac moleſtias manu-„tenebimus et tuebimur.„ Neque etiam ſileri hic poteſt, qualia WLADISLAVS IV inprimis conſilia in religionis negotio ineunda cenſuerit. Cum ſic Ille mentem chriſtiana pietate imbutam haberet, ut de religione non cruentis edictis, non ferro flammisque, ſed rationibus decernendum ſtatueret: Colloquium in noſtra urbe habendum indixit, quod amicum per omnia eſſe voluit, atque de religionis capitibus libere placideque diſputari iuſſit, illuſtri ad omnem futuram aetatem regiae pietatis et aequitatis exemplo. Non crediderunt ſapientiſſimi REGES, hac aequitate ſua imperio ſuo detrimenti aut periculi quidquam afferri; quin potius experiundo edocti fuerunt, tam divino beneficio ad tanto maiorem erga IPSOS fidem civium animos accendi. Luculentum eius rei documentum vidit in ipſa civitate noſtra SIGISMVNDVS III, citra enim invidiam erit fidei noſtrae documenta a nobis referri, vidit conſtantiam eius non impetu hoſtium violento, non ferro, non flammis potuiſſe

la-

labefactari. Vidit idem gloriosissimae memoriae REX AVGVSTVS II, intellexitque anno huius saeculi tertio, Civitatem Thorunensem extrema potius subire, munimentorum atque ornamentorum suorum iacturam facere, et ruinis urbem concidere potius, quam fidem erga IPSVM ulla parte laedere maluisse. Qua fide permotus, si quando occasio tulit, non intermisit declarare, quam, una cum reliquis iuribus salvis, etiam religionis evangelicae exercitium liberum esse nec ulla parte turbari velit. Igitur etiam in tristissimo illo casu, qui anno XXIV tot tantosque luctus civitati nostrae attulit, in severissimo alioqui decreto tamen Nobil. Magistratum et omnes Ordines circa immunitatem iurium, praerogativarum et privilegiorum conservari et eadem iura illaesa declarari et praecustodiri curavit; cuius declarationis vigore statim etiam publicum religionis evangelicae exercitium publico in loco, sub oculis Illustriss. Commissariorum Regiorum, sine ulla specie contradictionis a quoquam factae, continuatum fuit. Nec minus postea quoque cum percepisset REX Optimus, illud religionis exercitium in alia Prussiae urbe vicini Consistorii evocationibus turbari, tuiturus illius pariter et nostrae ac reliquarum, quarum communis ea causa est, civitatum iura, gravissi-

me Ordinario loci rescripsit, „attentata eius„modi non solum privilegiis civitatum Prussi„carum derogare, sed etiam pacem inter Dissi„dentes in religione christiana, Regni Consti„tutionibus assecuratam, perturbare, cum ci„vitates Prussiae coram nullo alio nisi solo re„gio iudicio comparere teneantur: quare cum „sibi incumbat iura et libertates civitatum tue„ri, obligare se eum, ut Consistorii sui similes „actiones inhibeat, ipseque ad conservatio„nem communium iurium et libertatum con„currat, nec iurisdictionum eiusmodi convul„siones et praeiudiciosas regiae auctoritati „evocationes civitatum permittat.„

De tot igitur tantisque omnis generis beneficiis SERENISSIMORVM REGVM benivolentia et gratia in nos collatis hodierno die nobis gratulamur, tantoque magis gratulamur, quod haec saecularis recordatio incidit in imperium felicissime et gloriosissime regnantis SERENISSIMI AC POTENTISSIMI AVGVSTI III DOMINI NOSTRI ET PATRIS PATRIAE INDVLGENTISSIMI, qui ut virtutes omnes SERENISS. MAIORVM et ANTECESSORVM suorum animo regio complectitur, ita benignitatis etiam indulgentiaeque gloria illos aequat. Cuius summae erga ipsam benivolentiae nostra quoque civitas a

pri-

primo inde regni aditu plurima habet et eximia documenta, quae cum recenti omnium veſtrum, AVDITORES, memoria haereant, VOS autem in primis, MAGNIFICI ET AMPLISSIMI PROCERES, melius ea perſpecta habeatis, illorumque magnitudinem plenius percipiatis rectiusque intelligatis, quam ab hoc ſcholaſtico homine exſpectari poteſt: ſatius erit generali hac formula univerſa a me quidem commemorari, quam, de ſingulis parum commode dicendo, et ipſa obſcurari et aures veſtras obtundi.

Illuc ergo iam feſtinat, quorſum tota ſpectavit, oratio mea. TIBI nimirum, SVMME DEVS, cuius immortali munere hoc PRVSSIAE, hoc CIVITATI NOSTRAE contigit, ut tot SERENISS. REGVM beneficiis recrearemur, ornaremur, augeremur, devotis numini TVO mentibus gratias agimus quas poſſumus maximas, maiores etiam, deficiente linguarum infantia, habemus; TEque demiſſis animis precamur et imploramus, ut huic felicitati, de qua nobis hodie gratulamur, addas perpetuitatem, faciasque ut ſaeculum, quod hodie laeti auſpicamur, pari felicitate procedat, ut inconcuſſa permaneat Regii ſceptri maieſtas, ut fortunatiſſimum omnique proſperita-

tis genere beatiſſimum diu perduret AVGVSTI III imperium, ut floreat vigeatque SERENISSIMA POLONIAE RESPVBLICA, ut PRVSSIA univerſa atque etiam HAEC NOSTRA CIVITAS per novum ſaeculum ſentiat gaudeatque libertatem ſuam incolumem ſervari, iura privilegiaque omnia ſalva cuſtodiri, ſanctam religionem evangelicam vigere, MAGNIFICI atque AMPLISSIMI MAGISTRATVS dignitatem auctoritatemque pollere, Civium incolumitatem perſtare, univerſorumque ſalutem et commoda amplificari, artes item liberales harumque officinas adeoque etiam Gymnaſium hoc noſtrum pulcherrime laetiſſimeque florere, ut ſera olim, ſi qua futura eſt, poſteritas, elapſo hoc ſaeculo, videat THORVNIVM PVLCHERRIMAE omni parte urbis titulum, quo olim ornata fuit, vere ſuſtinere, ſimiliterque ſibi gratulari poſſit atque eadem pro novi tunc ſaeculi felicitate vota nuncupare.

)( o )(

Appendix

# Appendix Documentorum quorundam.

## I.

Literae Friderici III. imp. ad Magiſtratum civit. Gedanenſis et reliquos foederatos, quibus foedus aboleri iubet. a. 1451.

Frederich von Gotes genaden Romiſcher Konig, zcu allen czeiten merer des Reichs, Herczog czu Oſterreich ꝛc.

Lyben getrauwen. Vns iſt von etlichen vnſern vnd des Reichs geiſtlichen vnd wertlichen Korfurſten vnd andern Forſten vorbrocht, wie das ir als heuptlute mit vil andern der manſchafft vnd ſtete in prewſſen eynen Bundt und ſatczunge gemacht habet, des abeſchrifft wir euch hirInne ſenden vorſloſſen, wedir geſchrebene geiſtliche vnd wertliche geſetcze zcu merklichem ſchaden vnd vnfug vnſers andechtigen Homeiſters Biſſchoffe vnd prelaten des berurten landes prewſſen, vnd dem wirdigen dewtſchen orden, der eyn merklich vnd trefflich gelid iſt des heilgen Reichs, vnd eyn zcupflocht des Adels vnſer deutſchin nacion, So ſeyn wir von den obingemelten vnſern vnd des Reichs Korfurſten, vnd andern Forſten mit gantczen fleys irſucht, das wir darvmb widdir euch geruchten noch vſweiſunge der vorbemelten geſetze, vnd vnſer vorfaren lobelicher gedechtniſſes privilegien vnd Rechte, mit peenen obir ſolchs dorInne vorgriffen zcu procediren, Aber von angeborner gutte haben betrachtet, das euwir betrupnis addir vorterbin, dem vorgedochten Deutſchen orden keynen fromen, ſunder in dem heilgen Reiche, ouch dem orden, euwir landt vnd lewten ſolcher vorgemelter bundes handeln, groſſen vnrath mochte brengen, vnd von argerer bewegunge vorgenomen In ſolchem zcu vermeidunge merer vnrathes, Euch durch vnſere deſe ſchrifft vor zcu irſuchen, Befelen euch vnd wellen, das ir den obingemelten Bundt gutlichen abeſtellet, vnd euch dorinne nicht ſetczet wedir die vorgemelten geſetze, freiheit, Recht vnd lobeliche ordenunge, ſunder euch in gehorſame fredelichen ken euwir herrſchafft des landes zcu prewſſen ingedolt als van alders lobelichen herkomen iſt, haldet, denn wu das nicht geſchege, vorſteet ir ſelbeſt, noch deme wir dem heilgen Reiche czu gemeynen nutcze gewandt, vnd vns die ſachen in vorberurter moſſe vorkomen ſeyn, das uns nicht czemet, ſolch vorgenomen bunde, vnd obirtretunge geiſtlicher vnd keiſerlicher hoch vorbundener geſetcze, alſo czu dulden, ſundir wir muſten dorInne ferrer wedir euch, als ſich das durch ordenunge des Rechtens geboret, volfuren, Das doch euch vnd den euwern, ab ir euch recht beſyñet, zcu ſwer werden mochte, dorvme hoffen wir, Ir werdet euch dorInne alſo halden, und gehorſamlich beweiſen. als ir got dem almechtigen, dem Orden, ouch dem Rechten vnd euch ſelbeſt das ſchuldich ſeyt, das kompt vns von euch zcu ſunderm dancke vnd guten geuallen, vnd begern des euwir vorſchrebin antwort. Geg. zu Wyne am mitwochen noch ſindte margriten tage vnſers Reichs Im czuelfften Jore ꝛc.

Vnſirn vnd des Reichs Lieben getrewen Burgermeiſter vnd Radmann der ſtat Danczik ouch der manſchafft vnd ſteten des vorgenomen Bundes Im Lande zcu Prewſen.

## II.

Literae Magiſtri gen. ad Magiſtratum Thorunenſem, de eo, quod decreverant foederati, ut ad conventum Grudenti habendum armati convenirent. a. 1452.

Homeiſ——————ter
Deutczes Ordens

Liben getruwen. Wir vernemen aus gemeynem geruchte, wie vnſer lande vnd ſtete des bundes in meynung ſeyn, vnd es alſo beſloſſen ſollen haben, daß ſie nu

*

am

am tag Laurencii zcu Grudencz gewoppent wellen czusampne komen, vnd eyn iczlicher sal komen, alse her rütstigiste wirt konnen, das immer bißher in dissen vnsern landen ist vngewonlich gewesen, Sust werden vns vaste andere wunderliche sachen anbracht, vnd wie wol wir keynen glowbn doruff setczen So wellen wir doch vnsere hewser in gutter hutte vnd vorwarunge lassen halden, vnserm orden vnd ouch vnsern vndersassen vnd landen zcu gutte, vnd dorumb begern wir van euch, das ir eyn sulchs zcu Thorun den ynwonern vnser stadt vorkundiget, vns ken alle die jenen die vns vorkeren, adir die es vorwundert, daß wir vnser hewser warnen, vnd bestellen, vorantwortet, vnd en saget, das wir vnser häuser bemannen, nicht in massen, das wir davon Imandn vormeynen zculeidigen, adir ichts anczufohen, das sich zcu arge czoge, sunder wir thun es alleyne, vmb so manchirleyer fremder vnd wunderlicher worte willen, die vns vorkomen, vnd sich ouch offembar vorlowffen, vnd das geschit alles vnserm orden, vnsern landen, vnd vndirsassen zcu gutte, vnd ir moget en dabey sicherlich sagen, app en ymands ichts andirs vorbrengen wurde, doruff sullen sie keynen glowben setczen, denn wir an den vnsern anders nym̃er wellen faren, denn eyn herre thun sal an seynen getruwen mannen, alse man das allczeit in der tat sal befinden. Geben zcu prewsschenmarckte am tag Dominici Im ꝛc liijten Jore.

Vnsern liben vnd getruwen Burgermeistern vnd Rathmann vnser stadt Thorun, ane sewmien.

## III.

Literae Magistri gen. ad Casparum episc. Pomesan. quibus se et ordinem excusat, ac tributum conferri vetat. a. 1453.

Homeister
Deutsches Ordens

Dem Erwirdigen In Got Vater vnd Herrn Herrn Caspar Bisschoff czu Pomezan. ꝛc. Erwirdiger Vater vnd besunder lieber here, nach vnser gebitiger Rathe haben wir obirs gantcze landt geschreben, wir lassen vns vnd vnsern orden entschuldigen, sulcher czicht, damit men vnß ken die lewthe beczeyet, das wir in meynunge sulden seyn, vnsere lande vnd stete czu obirfallen, wir lassen ouch vorbitten das geschos czu geben, als das vß der abeschrifft vnsers briffs hirinne vorslossen, wol vornemen wirt euwer vatirlichkeit, die wir mit fleisse bitten, wellet vns lieber here, ouch ken euwer manschaft vnd steten, sulcher czicht entschuldigen, vnd das geschos czu geben hertlich bey eyden vnd truwen, damit euch die euwern vorpflichtet seyn, vorbitten lassen, nach sulcher gestalt vnd weyse als wir den vnsern gethan haben, vnd bestellet io, das das ee besser vnd vngesevmt geschee. das wellen wir gerne vorscholden ken euwer vatirlichkeit, die Got der almechtige gesunt sparen geruche czu langen czeiten. Geben czu Tapiaw am Donerstage nach deme sontag oculi Im ꝛc. liijten Jare

Her Kompthur, wir vornemen, wie vnserer manschafft, vnd vnsern Steten, werde vorgegeben, das wir vnd vnser orden In meynung seyn sullen, sie mit anderer lewte hulffe czuleydigen czuuorgewaldigen vnd czuuberfallen, mit eyme sulchn gedichte czewt men vnser getruwen lewte van vnserer gunst, vnd vorbittert sie widder vns, vnd widder vnsern orden, Wir beuelen euch ernstlich, das ir von stund an vnd vngesevmet vorbott alle erbare lewte euwers gebites, arm, reich, cleyn vnd gros, sie seyn im bunde adder nicht, desgeleich zo fugt euch personlich, in iczliche Stadt uwers gebites, lasset die rethe, vnd ouch die ganteze gemeyne, alle euwer stete czusampne komen vnd saget en, Sie wissen wol czu gutter massen alle, vnd es ist landkondig vnd offenbar, das wir, vnser heren prelaten, gebittiger vnd orden, alleczeyt begeret haben rechts, vnd vnsere sachen mit en durch recht czuendscheyden, vnd so wir denne von Gotis wegen mit en czurechte seyn gekomen,

So

